Kx. 1. 23
K. 1. 23.
XVI. 1. 39

SPIRACULUM
[illegible]BARUM

[illegible]iue

Fons spiritualium expositionum ex æquiuocis Pentaglotti significationibus

Authore Guilielmo Alabastro Anglo.

Londini

Ex officinâ Guil: Jones. Extant in cœmeterio D. Pauli. ad insigne Papæ.

Per ambages exercitus omnes emicui.

...al inv:

I P



71.2236
610.86

ECCE SPONSVS UENIT, PROCEDITE EI OBVIAM.

CAP. I.

Quòd Determinatio S. Scripturæ per Puncta Grammatica à Deo instituta sit.



VANDOQVIDEM propositum mihi est veritatem omnium eorum, quæ dicturus sum authoritate S. Scripturæ munire, necessarium mihi videtur, de Scripturâ ipsâ, et de vero modo legendi et exponendi eam, fundamenta immobilia primò substernere: quibus totius orationis sequentis structura innitatur. Vt doctrinam in altitudinem Divinorum exurgentem, pij fideles suscipiant cum solatio, [illegible] verò adversarij patiantur cum stupore, et gemitu. Et primò in ipsis punctis Scripturæ Hebraicæ lineam perpendiculi extendam: quorũ authoritas ab illis elevatur, ut humana, ab his suspicitur, ut divina, à neutris observatur ad illum usum, quò à Spiritu S. destinabantur. Inter homines enim literatos seculi nostri, multùm agitata, et vexata est quæstio illa, de antiquitate, et authoritate punctorum, quæ in S. Biblijs reperiuntur: sint ne ab ipso Deo data, pariter cum lege: vel longo post tempore, studio, et curiositate Iudæorum excogitata. Qui in hanc partem vergunt, tuentur se authoritate *Eliæ Grammatici*, qui primus fidei punctorum derogavit; et prosapiam eorum non à monte Sinai, et traditione Angelicâ, sed à Iudæis *Tiberiadis* deduxit, qui aliquot post *Christum* centurijs, rationem hanc legendi exactam procuderunt. Præterea rationibus varijs dimicant, tàm propter altum silentium, quo omnibus retrò seculis, obmutuit garrula natio hæc; neque vel à *S. Hieronymo*, vel à quoquam alio audita est mussitare: quàm propter crebram punctorum ipsorum anomaliam, et quæ nullâ de causâ videtur facta: et adeò tàm inanibus rationibus sustinetur à Grammaticis, ut justam suspicionem moveat, ex cerebro otioso *Rabbinorum*, non à Spiritu Sancto profluxisse. Qui vero pro punctorum partibus steterunt, et inter primos *Buxtorfius*, varia testimonia citant ex Doctoribus *Iudæorum*, qui non solum *Tiberitarum* seculum, verùm etiam *Christi* antecesserunt: qui disertam, et honorificam eorum mentionem fecerunt: multisq; rationibus sententiam suam fulciunt, ut confirment Scripturam hanc minutalem antiquiorem fuisse *Masorethis*: nec ab illis cæpisse, sed ad illos per traditionem Majorum descendisse. Ego derelictis horum testimonijs, quæ qui volet, per ocium consulere poterit, ex S Scripturæ sententijs, et rationibus inde spontè deductis, demonstrabo sacram esse Scripturæ hujus authoritatem, et non ab alio, quàm ab ipso Legislatore fundatam esse.

Primò. Manifestum est ex novo Testamento, Quòd per Legis nomen, non solum intelligatur illa Moysaica, de faciendis et fugiendis, verum etiam tota Canonica Scriptura. *Iohan:* 10. *v:* 34. *Nonne scriptum est in lege vestrâ, Ego dixi vos Dij estis?* Et 12 *cap: Ioh: v:* 34. *Nos audivimus in lege, quia Christus non moritur:* et *Ioh:* 15. *v:* 25. *Vt impleatur sermo, qui scriptus est in lege eorum, Odio me habuerunt gratis.* Certum est autem quòd loca hæc, quæ citantur, in Psalmis, et Prophetis, et non in lege *Moysis* reperiantur. Ergò libri illi, et omnis sententia instrumenti veteris lex Dei est. Non autem appellantur lex Dei, propter aliqua, quæ in eis traduntur circa cultum, cùm sint varia capita, et distinctæ partes Scripturæ, quæ nihil præcipiunt fidei. Ergò alia est ratio propter quã legis nomẽ sortiuntur. Atqui nulla excogitari potest ratio legis alterius, præter priorẽ, quã ipsa determinatio S: Scripturæ, et lectionis ejus per canones legitimos. Ergò necesse est ut distinctio illa Grammatica punctorũ, quã tota Scriptura designitur, pro lege Dei censeatur. Erant enim alij libri Hebraicè scripti apud Iudæos, qui tamẽ inter apocryphos habiti sunt, quia nõ sunt canone hoc divino definiti.

Quod determinatio Scripturæ per puncta Grammatica, a Deo profluxerit.

2. Ratio, Quia determinatio punctualis non minus Lex Dei est quam scriptura literarum.

Est enim Scriptura punctualis non minùs lex legendi Scripturam, quam altera Mosaica operandi secundum id quod præcipitur in Scripturâ. Si enim tota Scriptura data fuisset tanquam versus unus (ut quidam volunt) sine distinctione stabili textus vulgaris, non fuisset ad usum publicum accommodata, propter plurimas legendi varietates, quas pateretur, neque authoritatem Divinam præ se ferret sed humanam. Sicut ergo lex operum necessariò inducta est propter transgressiones :(licet prius habuerint dictamen rationis naturalis) ita non minùs necessaria fuit lex scribendi, et legendi, ad declinandum lectionis παραπτώματα: quamvis traditionem aliquam legendi susceperant.

Gal. 3. 19.

Duplex iustitia requisita ad Legis observationem.

Duplex autem requiritur justitia in homine, altera voluntatis et appetitus sensibilis, quæ ad omnia opera, et ordinationem eorum pertendit: altera intellectus et rationis contemplativæ, quæ norma est ad justitiam practicam requisita. Omnis autem justitia per legem aliquam dirigitur, cui cùm paria facit, perfecta censetur. Et quidem lex moderatrix operum est illa, quæ à *Moyse* traditur in mandatis, ceremoniis, et statutis judicialibus. Lex autem quæ intellectum instruit, est ipsa ratio legendi, et intelligendi sacram Scripturam secundum puncta vocalia, et accentus. Ideo utrasque simul in monte Horeb traditas esse, necessariò supponendum est. Nisi enim fuisset certa aliqua methodus distinguendi, et legendi, et exponendi legem, non posset subsistere lex operum. *Si enim tuba incertum sonuerit, quis parabit se ad prælium? Et si intellectus, qui lucerna est, omnes rerum agendarum notiones illustrans, tenebrosus sit, quantæ erunt tenebræ illæ?* Tenebrosus est autem universus intellectus in sacris literis, qui non illuminatur luce divinorum superiori, ad rectè legendum et intelligendum S: Scripturam. Quoniam nisi à Deo ipso definita fuisset legis sententia, totaque vetus Scriptura, non esset res authoritatis divinæ, sed humanæ.

1 Cor. 14. 8.
Matth. 6. 22.
Ephes. 5. 8.

3. Ratio, Quia lectio hæc punctualis sit velaminis obductio ad intellectum Iudæorum.
2 Cor. 3. 13.

De hâc autem determinatione canonicâ Scripturæ ad sensum historicum, et carnalem, necessariò intelligendum est, quod *S: Paulus* de *Moyse* testatur, *apposuisse eum velum faciëi suæ, ne populus Israel intenderet in finem eorum quæ abolenda essent* (hoc est) ut non cogitaret carnalis populus de externo sensu, et cultu legis abolendo, sed simpliciter observaret, tanquam rem per se omnimodò Deo gratam. Quod enim velamen sensus Scripturæ appositum comminisci quis potest? quàm determinationē lectionis S: Scripturæ ad sensum legalem, *Et velamen hoc inducitur cordibus Iudæorum quoties Scriptura legitur*, quoniam interpretatio literalis, quæ in synagogis legebatur, est ipsa tela, quæ per puncta legalia texitur, in operimentum verbi liberè lecti, secundùm testamentum *Saræ: quod velamen aufertur, cùm ad Christum venerint*: quando intelligunt non illum sensum qui se palam ostendit, à Deo intentum esse, sed tantùm ad vitandas prævaricationes intellectus carnalis, in legendo, et intelligendo legem, interpositum fuisse, *donec veniret Siloah*, cui omnia reposita erant. Sicut ergo inductio velaminis ad faciem *Moysis*, significabat inductionem sensus figurati, et carnalis, in totam legem: ita et splendor faciëi *Moysis*, quem non poterant sustinere filij *Israel*, significabat magnam intelligentiæ divinæ lucem, quam *Moyses* à conspectu, et colloquio Christi veniens, senioribus populi aperiebat: quæ tanta fuit, ut neque ipsi oculis inconnivis eam pati possint.

Esa. 25. 7.
Gal. 4. 23.
Gen. 49. 10.
Exod. 34. 29.

4. Ratio a testimonio Christi.
Mat. 5. 18.

Præterea nisi hæc fuisset Scripturæ diffiniendæ ratio, à Deo introducta, frustra dixisset Christus, *possibilius esse ut cælum et terra periret, quàm ut unus apex de lege caderet*. Si nulli omnino apices sint, aut illi usum suum non habeant in Scripturâ intelligendâ.

Ratio unde puncta olim substracta sint e textu.

Sed veritatem hanc paulo post clarius demonstrabo, cùm contra Grammaticorum et interpretum abusum, omnia secundùm literam exponentium, ex sacris literis intonuero. Interim ad complanandam viam difficultatum, quæ in quæstione hâc explicandâ occurrant, hoc sufficiat præfari: quod duplex erat literarum forma apud Iudæos; altera profana, quâ ante legem datam, et postea utebantur, quæ eadem est cum Samaritanorum Scripturâ; et altera sacra, quæ tradita est in monte Sinai. Cùm autem ad imperium Regis *Babylonij* cogerentur *Pentateuchum* illis tradere, transcripserunt in Charactere vulgari; quem propterea à communi usu ablegarunt, *Samaritanorum* odio, et loco ejus assumpserunt alterum secretiorem, quo nunc utimur. Incredibile enim est, quod *Iudæorum* Scribæ et Sacerdotes, qui tanti erant legis zelotæ, voluerint germanam S: Scripturæ formam rejicere odio *Samaritanorum*, et characterem *Chaldaicum* loco ejus asciscere, (ut nonnulli volunt,) quos non minùs quàm *Samaritanos* aversabantur. Deinde Scripturam Biblij seorsim posuerunt, sine distinctione verborum priori, et defixione vocalium: ne si ad communem notitiam pervenisset scriptura canonica, aliqui extra eorum

rum familiam curiosius in rem intuentes, ad investigationem mysteriorum Dei pervenirent. Testatur hoc disertè Christus cùm dicit, *Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ, abstulistis enim clavem scientiæ, et nec ipsi intratis, nec permittitis eis qui vellent.* Per clavem scientiæ non intelligitur S: Scriptura, quæ domus est aperienda, non clavis et ratio aperiendi; et si esset, tamẽ non substracta est à populo, cùm diù ante *Christum*, in *Græcam* linguam traducta sit. Vnde constat respexisse Dominum ad lectionem punctorum, quam veram esse clavim scientiæ liquidè demonstrabo.

Luc. 11. 52.

CAP. 2.

Quod expositio veteris Testamenti, quoad intentionem Dei internam in Christo, non sit alligata vulgari rationi, et usui punctorum.

QVamvis sit arcana quædam ratio punctorum, et accentuum, quæ lectionem et intelligentiam S: Scripturæ dirigit, quemadmodum posterius demonstrabitur; tamen usitatus modus determinandi lectionẽ, et intelligentiam verbi divini, non est ex intimo Dei proposito; sed propter benignam dispensationem intelligentiæ populi carnalis, ad tempus tolerata. Quod si illud ambijsset providentia divina, ut uniformem sapientiam sub specie literarum exhiberet: nunquam prima elementa orationis cum tantâ mutabilitatis potentiâ procudisset; quæ etiam per apposita punctorum vincula, non potest à varietate lectionis cohiberi: ut apparet ex tot diversarum lectionum exemplis, quæ ad marginem Scripturæ annotantur. Quanta est enim harum literarum similitudo? ב et כ, ג et נ, ד et ר, ה et ח ת, ו et ז, ט et מ, ם et ס, ע et צ. Et sicut in ipsis fundamentis ædificij, describitur exterior figura totius structuræ superponendæ; ita in illâ consonarum formâ simili, lineamenta ducuntur amoris, et sympathiæ orationis inde nasciturae.

Primum itaq; fundamentum lectionis liberæ, in ipsâ Scripturæ *Hebraica* formâ jactum sit; ubi tanta est literarum similitudo, ut non facile distingui possint nisi ab exercitatis. Et sicut elementa *Physica* vi similitudinis, patiuntur μεταβολὴν χυμῶν; ita elementa *Grammatica* apta sunt inter se transmutari. Vnde non minùs mirabiles oriuntur sensus ex commutatione elementorum *Grammaticâ*, quam facta fuisse testatur *Sapiens*, ex alteratione elementorum *Physicâ*: quandoquidem hæc ad imitationem sonorum in organo accidisse fatetur. Neq; minùs ad gloriam Dei pertinet generatio sensuum sanctorum, ex Scripturæ elementis mutatis: quam illa materiæ Physicæ transmutatio ad demonstrandam potentiam verbi Dei contra hostes ejus; quia intellectualia sensibilium sunt exemplaria. Secundò, vocales in contextu ipso S: Scripturæ non interseruntur, secundùm ordinem naturalem omnium linguarum, quæ exemplum ab *Hebræis* non traxerunt: sed tanquam accidentia, vel potius commentarij, ad latus applicantur: ad ostendendum quod determinatio vocalis non sit id, quod principaliter intenditur in lectione Scripturæ; sed potius libera, et indeterminata pro varietate lectionis: et quod puncta non sint è naturali Scripturæ stirpe oriunda, sed aliunde, et ad alium usum adscita.

Argumentum primum a forma scribendi.

Sap. 19. 17.

Secundò, illud argumento esse potest, quod 72 Interpretes cùm ipsam literam Scripturæ interpretandam suscepissent, tanta usi sint libertate punctorum, vocalium, et consonantium, mutatione, et divisione verborum, et versuum. Vel enim rectè fecerunt, vel secus: si prius, sequitur quod non sit aliena ab intentione divinâ ratio hæc legendi, et interpretandi Scripturas, præter regulas *Grammaticorum*, præsertim in mysterijs *Christi* eruendis. Si enim servis licentia tanta permissa sit, in ministerio literæ mortis; multo magis indulgebitur filijs, in ministerio Spiritus. Si autem præsumptionem fuisse dicas, et totum factum condemnes; simul etiam et *Christum*, et *Apostolos*, in eâdem censurâ configas; qui testimonia eorum citant pro verbo Dei, etiam ubi à Codice nostro *Hebræo* discrepant; cujus facti exempla omnibus literatis nota sunt. Constat autem rationem hanc interpretandi, à totâ gente Scribarum, et Sapientium *Iudæorum*, approbatam fuisse: quoniam in omnibus Synagogis, eam publicè legendam proposuerunt. Quo facto, ad libertatem Evangelicam exponendi Scripturas, viam straverunt: ut non sit illicitum id facere sub Evangelio, quod etiam sub lege culpâ caruit.

Argum. 2. ab exemplo 72 Interpretum, qui maxima usi sunt libertate contra leges Grammaticas.

3. Totũ emolumentũ, quod ex minutijs literarũ conficiunt Rabbini, nõ excedit rationẽ legendi, et pronunciandi Scripturã, et determinandi exinde sensum literalẽ: imò neq; hùc pertingit. Plurima enim occurrunt loca, in quibus nullum usum punctorũ præstare possunt, vel ad expositionẽ, vel ad pronunciationem, multæ etiam regularũ anomaliæ, nullo

Arg. 3. Quod multarum minutiarum, in lectione punctorum, nullũ usum assignare possunt Rabbini; neq; Christus hoc modo Legem implevit.

nullo prætextu excusandæ. Vbi est ergò illa *Christi* Domini Panegyrica punctorum commendatio? *quòd possibilius sit cælum, et terram perire, quàm ut unum iota, vel unus apex pereat à lege, donec omnia fiant.* Si enim puncta finem suum assequuntur in pronunciando, et definiendo sensum literalem, literalis autem sensus legis ceremonialis abolitus sit, quomodo non perierint summi apices Scripturæ, cùm ceciderint ipsi montes? aut non pervertitur ordo ad finem, cùm finis desierit? Quòd si ita veritatem apicum dispenses, ut non ante Christi mortem, et legis consummationem, in cruce perijsse defendas; insignitam injuriam verbo Dei fecisti, quod non solùm ab æternitatis immenso spacio exclusisti, verùm etiam inter angustias temporis elisisti: *Verbum enim Dei manet in æternum. Non veni* (inquit Christus) *solvere legem, sed implere.* Literalis ergò observatio legis ceremonialis, quam Christus solvit, non erat lex præcepta à Deo, sed malè accepta ab homine, ad ignẽ et mortẽ per ignorantiã temporis detorta, non ad aquã et vitã per scientiã æternitatis translata. Obstupuisti ad novitatẽ vocis homo carnalis? quia harmoniam auris tuæ offendit, audi ergò Deum tonantẽ, qui stuporẽ tibi intelligenti excutiet, clariori lumine, et non intelligenti duplicabit, justiori fulmine: *Esai: cap: 66. v: 3. & Amos cap: 4. versu 5.* Si ergò non sit illa lex Dei, quam solvit Christus, necesse est ut aliam lectionem verborum legis ceremonialis producas, saltem fatearis; in cujus lectione minimi apices virtutem suam exerant, non in stridore vocis, sed in rigore sensus. Neq; enim dici potest, quod *Christus* legem ceremoniarum impleverit dissolvendo eam; non magis quàm quod hominem ægrũ quis curaverit, cùm occiderit. Lex enim impleri intelligitur, cũ id præstatur, quod à lege præcipiebatur: præcipiebatur autem in arcano sapientiæ divinæ, modus colendi Deum, non in scæna temporis *Iudaici*; sed in tabernaculo æternitatis *Christianæ*. Neq; soli *Christo*, ut homini incumbebat id negotium, sed omnibus Dei ministris, et servis pro ratâ parte imponebatur officium hoc pietatis, ut hi Deo reconciliarentur: illi verò secundùm leges sacrorum conciliarent, quem justitiæ rigorem *Christus* pro nobis implevit in carne, sed cum fide viventibus, qui à nobis implebitur in spiritu resurgentibus. Vnde in Apocalypsis historiâ novissimorũ temporum, mentio fit tabernaculi Dei aperti in cœlo, non involuti in terrâ: et arcæ Dei apparentis in spiritu, cùm evanuisset in carne. Necesse est ergò fateri, alium esse modum legendi et observandi justitiam legis, præter hanc, quæ sub Grammaticorum ferulâ crepat.

Isai. 40. 8.
Matth. 5. 17.

Præterea si non esset alia lectio S Scripturæ, et alia justitia legis, quam quæ ad regulam literæ dirigitur, tum *Christus* non observasset totam legem: nihil enim eorum quæ ad cultum *Levitici* tabernaculi pertinent, exercere, et præstare debuit: cùm non esset de tribu *Levi,* sed *Iuda.* Quomodò igitur salvati sunt Sacerdotes et Levitæ à peccatis suis, quæ admiserunt leges sacrificij, vel negligendo, vel violando? non enim factum est per justitiam *Christi* legem perfectè custodientis, quod neque fecit, neque facere debuit: imò in legem peccasset, legem literæ observando. Alium ergò quærant Sacerdotes Mediatorem, si non alia sit justitia observationis legalis, à Deo intenta, præter ipsum legis opus externum: atqui nisi sit etiam alius sensus verborum legis, præter literalem, non est alia justitia legis quàm *Iudaica*: quòd si necesse sit fateri Deum sub totâ lege ceremoniali aliam justitiam, et alium sensum, intendisse: necesse est etiam laxare regulas lectionis, et interpretationis legalis, et simul fateri, quòd *Christus* aliâ ratione spirituali totam legem exposuerit, et impleverit.

Modus quo Christus legem implevit.

Nam effugium illud nonnullorum, quòd *Christus* implendo legem moralem, satisfecerit etiam ceremoniali, sine omni fundamento rationis, aut sensu Spiritus dicitur. Si enim legis moralis custodia implicat in se justitiam legis ceremonialis, ut qui illam sartam tectam servaverit, alterius rupturas non timeat: tum non potuissent Sacerdotes honestatem vitæ tuentes, peccasse, etiamsi legitima templi violassent: Neque enim alio modo implevit *Christus* legem, quàm quo à nobis in justitiâ Dei requirebatur ut fieret, quoniam *Disciplina pacis nostræ posita est super humeros ejus:* sed deprehendimus contrà, Deum pænas exegisse ab ijs, qui legitima ceremoniarum violassent, etiamsi in moribus non peccassent: imò tota lex *Mosaica* prolixior est in curâ cæremoniarum, quàm circa opera justitiæ moralis: quia hæc immediatè ad hominem, illa ad Deum referrentur: et cùm utraque justitia sit figura divinorum, moralis se habet ut motus in circumferentiâ, cultus vero templi ut motus ad centrum.

Isa. 53. 5.

Expositio Allegorica non est perfecta ratio libertatis legendi S Scripturam.

Quòd autem ratio expositionis allegoricæ non sufficit, vel ad eruendum sensum illum, vel ad exactam legis expositionem, et traductionem ad *Christum*, patet ex eo: quod

Christus

Christus reprehendat eos, qui postquàm *Ioannes* prædicasset regnum Dei, i. ordinatam rationem mysteriorum Dei, quæ sub lege significantur, in *Christi* historicâ veritate subsistere, violentèr Scripturas ad ipsum attraherent, quod fieri non debet; sed ità explicandum est regnum Dei, *ut unum iota, aut unus apex non pereat de lege*, inter exponendum. Atqui secundum ordinem exponendi allegoricum, nullus est apicum respectus. Adde huc quod tanta sit similitudinum generalitas in naturâ suâ, et tanta inconstantia in applicando, ut ad hunc usque diem, nullus commentatorum, primum caput *Genesis* ita interpretari potuerit, ut sensus intellectualis seriem æquabilem per omnes versus deduceret. *Si enim tuba incertum sonuerit, quis parabit se ad prælium?* et si tuba similitudinis typicæ incertum sonuerit, (sicut reverâ sonat, in particulari determinatione) quis præparabit se, ut nubes illas typicas, veritati *Christi* oppositas, verbi lumine dissipet, et sub obedientiam *Christi* deducat. Quinetiam verbis disertis testatur *Moyses*, quòd sensus legis implendæ in *Christo*, non sit res supra captum hominis, aut non investigabilis, sed *propè sit in corde conceptus humani, et in ore ejus:* i. sub ipsis verbis contineatur, quæ pronunciantur. Atqui sensus allegoricus similitudinis non continetur sub verbo quatenùs pronuntiatur, sed sub phantasiâ et imaginatione rerum.

Mat. 5. 18.

1 Cor. 14. 8.

Deut. 30. 14.

Si non esset sensus alius totius legis, præter literalem, quomodò negaret *Christus* quòd *Iudæi* in *Moysen* crederent: qui et illo tempore, et in omnibus sursùm, et deorsùm ætatibus, literam legis mordicùs tenent; et pro eâ mori parati sunt. Ratio autem, quam subdit Dominus, ut confirmaret eos in *Mosem* non credere. (quoniam si fidem *Moysi* dedissent, sibi etiam credidissent; quia de se *Moyses* scripsisset) necessariò infert hanc consequentiam. Quòd *Moyses* in tantum sit hoc, quod intendit in interiori Scripturâ; ut non sit illud quod in exteriori expressit. Quia etiamsi quis literali historiæ credat, non credit tamen: nisi historiam Christi sub illâ latentem (implicitè saltem) intelligat. Quemadmodum enim linea circularis per circinum extensa, ex omni parte ad unum tantùm punctum respicit: ità totius sacræ Scripturæ ambitus, per magnum illum Nazarenum (i. circinum) descriptus ex omni libro, et omni versu convertit intuitum legentis, ad centrum Christi, qui stetit in medio *Iudæorum*, ignoratus à circumferentiâ suâ. Pes enim subsistens circini hujus, est humanitas Christi: pes verò circumvolutus, divinitas: internodium utriusque, persona verbi: ille ante nativitatem Christi, in omnium seculorum revolutione, iridem similitudinis *Christo*, super nubem creaturarum, et typorum legis explicuit: hic, definito tempore, defixus in centro temporis; per virtutem tamen copulæ suæ, etiam priusquã natus est; in providentiâ Dei (cui omnia præsentia sunt) convertit exemplar suum, ad omnes respectus universi hujus depingendos. Punctum verò medium circuli hujus est corpus Ecclesiæ electorum, despectum, et mortificatum in hoc seculo, de quo dicitur, *Excrementum, et maculam pones me in medio terræ.* Ergò, in omni parte circuli Biblij veteris, calamus magni illius Scribæ *Christum* et Ecclesiam ejus designavit: non autem designavit, si non in materiâ literarum id expressit calamo scribente, quod in materiâ typorum innuerat penicillo adumbrante. Qui verò nullum aliud memoriale *Christi* in instrumento veteri admittunt, præter typorum temperamentum; agnoscunt hypotyposeôs authorem, non calamum brachygraphi. Propterea exclamat *Isaias, Quis credidit verbo nostro? aut brachium Domini cui revelatum est?* Quia non credit verbo Scripturæ Propheticæ, qui non intelligit verbum occultum *Christi*, quod sub exteriori velatur. Propterea ratio illa, quam *Paulus* ad *Galathas* adhibuit, proprijssimè pro causâ hac militat. *Hoc, inquit, solum à vobis volo discere, Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei?* i. an spiritualem intelligentiam Scripturæ de *Christo*, accepistis ex literali legis opere, an potius ex fide? Credendo doctrinam *Christi* sub veteri testamento traditam esse: quod non ex evidentiâ verborum legis, sed ex elencho fidei demonstratur.

Arg. 4. Quia exterior sensus veteris Biblij negatur esse sensus Moysis et Prophetarum.

Ioh. 5. 46.

נצר Circinum significat, unde Nazarenus. Boderian.

Lam. 3. v. 45.

ἀποκάθαρμα.

1 Cor. 4. 13.

Isay 53. 1.

Gal. 3. 2.

Sacrificium (inquit *Christus*) *et pro peccatis noluisti, aures autem perforasti mihi:* i. non erat ex animi tui sententiâ carnalem cultum veteris testamenti sancire, sed cum rejicere: ideoq; ostendisti mihi internam rationem audiendi verbum legis, ad quod intelligendum, opus est interiori ratione interpretandi verba: et tanquam alterius auris occlusæ, sub exteriori perforatione. Vt sicut *Iudæi*, per aurem externam, sacrificia, et holocausta audiunt, sic terebratâ aure interiori, alius sermo legis percipiatur. Non potest autem aditus hic, ad aurẽ interiorẽ reserari; quamdiù vulgaris ratio legendi, et exponendi secundũ puncta potestatẽ obtinet. Est enim instar Cherubim, qui gladio flammante

Agum. 5. Quia opus est alio modo audiendi Scripturam ad implendum legem.

Hebr. 10. 6.
Psal. 39. 7.
Gen. 3. 24.

aditum Paradisi defendit à *Christo*, et Christianis. Neque potest modus hic intelligendi, ad expositionem similitudinis detorqueri; quia similitudo rerum non auditur, sed tantùm in imaginatione concipitur: *Auris enim verba dijudicat* (ut inquit *Iob*) et non imaginatio similitudinis in rebus ipsis, hoc enim pertinet ad intellectum rerum, non auditum verborum.

Iob 12,11.

Præterea, si non esset alia ratio legendi, et exponendi S Scripturam, quàm illa vulgaris: quorsum dixerit *Christus? Qui habet aures audiendi, audiat*: externam enim aurem, et rationem audiendi omnes habent; ergò manifestum est, quòd *Christus* sermonem suum ad illud auditorum genus direxit, qui secretam rationem explicandi verbi callent.

Matth. 11,15.

Arg. 6. A libertate verbi Dei. 2 Tim. 2,9.

Testatur disertè *S. Paulus*, quòd *Verbum Dei non ligatur*. Atqui determinatio Scripturæ secundùm vulgarem usum, per puncta vocalium, et accentuum, est maxima verbi ligatio, et captivitas: quæ quot habet apices, tot vincula, et compedes in verbum Dei injicit; ne quoquàm se movere liberè possit, extra sensum vulgarem. Rubus enim iste Canonicus Sinai est instar coronæ spineæ, in capite Christi crucifixi: et significabat ipsam intellectualem crucifixionem verbi Dei. In cujus manibus (i. operatione) calamum immiserunt: ut significarent, totam rationem legendi, quæ à legum Grammaticarum obedientiâ solvitur, inanem esse lectionis lineam: quæ omni spiritus agitatione hùc et illùc impelleretur. Significatur hoc per allegoriam illam duorum testamentorum, quæ a *S. Paulo exponitur*. *Abraham* enim significat non solùm patrem multarum gentium, verùm etiam Doctorem multorum sonorum: quo sensu, Deus loquens in veteri testamento, intelligitur sub *Abrahamo*: qui *duas habuit uxores, alteram servam, alteram liberam*. Et ex priori natus est ad servitutem *Ismael*, ex altera, ad hæreditatem *Isaac*. Significat autem *Ismael* (auditorem Dei) *Iudæum* carnalem: qui ex servili literæ ligaturâ, sicut *Ismael* ex *Hagar* generatur. *Isaac* verò, risum et lusum; i. lectorem, qui, vel ex similitudine rerum, ut *Edom*; vel ex verbi allusione, ut *Iacob*, genitus, subvertit plantam textus; cui similitudinum auceps *Esau* insistit. Ita Deus author veteris Biblij, duo habuit testamenta, id est, duas rationes determinandi voluntatem suam: alteram servilem, quæ est defixio textus sacri per puncta, et apices ad sensum externum; ex quâ quisquis nascitur, in verbi intelligentiâ, necesse est, ut spiritum servitutis suscipiat. Significat enim *Hagar Ægyptia Hebraicè* collectionem arctam, et angustam: *Sara* verò solutam, vel analyticam, et liberam ab illâ Grammaticorum tyrannide: ex quâ sensus spiritualis libertatis, in Evangelicâ Christi prædicatione, nascitur. Et illa quidem testatio voluntatis est mons Sinai, quod significat Scripturam textualem, et canonicam Grammaticorum. Ista verò, mons Sion, quæ est contemplatio libera titulorum verbi. Et opponitur monti Arabiæ, symbolorum obscuræ applicationis, *Hierusalem* doctrinæ perfectæ. Quoniàm ex significatione literali non potest aliud elici, quàm crassus sensus *Iudæorum*: sed ex lectione verbi internâ, elicitur doctrina perfecta, et concors.

Gal. 4,22.

Arg. 7. Quia increpantur qui uno tantû et simplici modo verbum Dei audiunt.

Hoc est, quod conqueritur toties Deus de *Iudæis*, quòd essent *duræ cervicis*. Cervix significat secundùm etymologiam nominis diversam cernendi vicem. Duræ ergò cervicis est, qui uno tantùm modo verba Scripturæ considerat, cervice rigidâ; nec patitur respectum suum, in hanc, vel illam partem, et vicem intelligendi deflectere: Quod fieri non potest, nisi vincula illa punctorum, quæ in cervicem legentis impinguntur, dissolvantur: ut possit quis spiritu libero, animum in omnes partes circumferre, ubicunque voluntatis divinæ facies videtur radiare. Quia servilis hæc defixio respectus, ad unimodam interpretationem, est directa contumacia, et rebellio in Spiritum sanctum. Ideò *S. Paulus, revelatam*, ait, *Angelis fuisse per Ecclesiam Christi, multiformem sapientiam Dei*.

Eph. 3.10.

Arg. 8. A respectu indeterminato intellectus qui requiritur in lectore verbi divini. Isa. 66,2.

Ad quem respiciam (inquit Dominus) *nisi ad humilem, et contritum spiritum, et qui tremit ad verbum meum*. Humilis est, qui non in superficie superbâ sensus literalis ambulat: sed in profunda illius secreta descendit: contrà, superbus ὑπερήφανος, qui in superficie rerum incedit. Et contritus spiritu, qui non unimodam et indistinctam rerum spiritualium notionem habet: sed in varias partes, rationes, et respectus distinctam, et comminutam, spiritualia spiritualibus comparando, (id est) sub spiritualibus externis intelligendo interiora. Et tremit ad sermonem Dei, non (ut vulgus existimat) qui toto corpore cohorrescit: sed qui cùm accedit ad lectionem, et expositionem Scripturæ, stat intellectu indefinito; absque omni præjudicio, et indifferentèr se habens ad sensum, quemcunque

1 Cor. 2,13.

quemcunque Spiritus Dei illi offert: neque adeò defigit se ad unum, ut non æquilibrium judicij tremulo semper statumine custodiat. Non potest autem tremere ad verbum Dei, qui non aliam verbi rationem respicit præter eam, quæ Grammaticè definitur.

Arg. 9. A commendatione verbi Analytici. Heb. 4.12.

Vivus enim sermo Dei, et super omnem gladium ancipitem penetrabilior, pertingens usque ad divisionem animæ, et spiritus, compagum quoque, et medullarum, et discretor cogitationum, et intentionum cordis, et non est ulla creatura ei invisibilis: sed omnia nuda sunt, et in humeris defixa, (vel resupinata) *oculus ejus, de quo nos loquimur.* Hoc est clarissimum testimonium verbi Dei interni, quod per omnes libros et per omnes linguas transit, et omni distinctione rerum, distinctius est. Quia verba ipsa separat in syllabas, et syllabas in literas: dividit etiam intellectualem rerum sensum à spirituali, et omnem compositionem orationis, et omnem medullam internam sensus subdistinguit, et dijudicat cogitationes cordis, i. sensus, et intelligentias internas, et omnium rerum essentiam, et intentionem manifestat. Quod si ligaretur sermo hic, et verbum Dei: sicut *Samson* capillis abrasis, robur suum amisit: ita etiam libertate fluctuantium cogitationum, tanquam capillorum orbatus, non possit se movere; neque *Philistinos* (i. ponderatores Scripturæ literales) superare.

Iud. 9.20.

Dicitur de *Christo* ad judicium veniente, quòd *non secundum visionem oculorum dijudicabit, neque secundum auditum aurium audiet*; i. neque secundum intelligentiam rerum physicam, et apparentem judicabit quid res quæque sit: neque secundum vocem quæ vulgò auditur, arguet, et argumenta faciet. Ergò judicium rerum divinarum ex sacrâ Scripturâ non est faciendum, secundum illam significationem, quæ ex determinatione *Grammaticâ* intelligitur: hæc enim auribus humanis auditur, sed aliam requirit rationem audiendi, et aurem interiorem, de qua *Christus* dixit, *Qui habet aurem audiendi audiat.* Ergò auris publica (i. ratio usitata intelligendi, et legendi verba) non est illa, quæ potest sensus secretos Dei penetrare: Quoniam omne verbum, vel sententia Scripturæ difficilis est, quia *auris non satiatur auditu, neque visus visu:* i. neque illud, quod in judicio evidenti rerum vulgò videtur, satisfacit intellectui veram essentiam rerum desideranti: neque illud, quod vulgò auditur, satisfacit auri studiosæ audiendi, quid Deus interiùs loquitur. *Audiam* (inquit Propheta) *quid Deus in me loquatur,* (i. in omni Psalmorum meorum Scripturâ) *quoniam loquetur pacem ad populum suum* spiritualem, et ad εὐφόργυς suos, qui convertuntur ad cor, et non sensum stultum.

Arg. 10. A modo quo Christus iudicabit mundum. Isaias 11.3. Mat. 11.15. Eccles. 1.8. Psal. 85.9.

Præterea, quia fuit *Ecclesiastes* sapiens, ulteriùs didicit scire mysteria, et auscultavit, et ponderavit, ut disponeret parabolicam Scripturam βραχυγραφίας. Quæsivit *Ecclesiastes* invenire verba desiderij, et Scripturam rectam Etymologiæ. *Verba sapientium tanquam stimuli, et tanquam clavi plantati expertis colligendi, vel legendi data sunt, absque confractione aliquâ.* Scriptura הרבה brachygraphiæ, est determinatio consonantium per puncta vocalia, et accentus, quæ singula habent significationem suam: et sunt commentarius lectionis textualis (ut ait *David*) et studuit *Ecclesiastes* disponere hæc ipsa puncta, per modum Parabolæ aliud significantis: et simul reperire Etymologiam verborum, secundum significationes primitivas ipsarum consonantium distinctarum. *Verba Sapientûm similia stimulis, et clavis plantatis sunt.* Consonantes enim Hebrææ stimulis similes sunt, קרקין et clavis plantatis תרלחוהר. Et Scriptura hæc data est magistris expertis colligendi literas incompositas: et canonicam lectionem defigendi; idque sine aliqua distinctione, et confractione primo tempore. Quia tota Scriptura fuit (ut *Iudæi* loquuntur) unum Pasuk, (i. versus) antequam distingueretur per eos, qui methodum illam, à *Mose* in monte traditam, per manus receperant. Sequitur. Sed præter hæc, cave mi fili, vel discipule, ne facias lectionem brachygrapham in punctis vocalium, vel inutilem, et nullam ad finem; vel convertas eam ad opprimendum, et onerandum simplicem lectionem verborum, ut faciunt Grammatici: sed cùm determinationem cujusvis verbi et sententiæ audieris, religiosè respice Deum; אלהים qui invisibilia sua per visibilia repræsentavit, et determinationem legalem interni sensus observa; quia hoc est totum hominis, i. hæc est vniversa perfectio rationis analogicæ divinorum. Quoniàm modus ille determinandi lectionem Scripturæ per puncta vocalia, et accentus, secundum rationem humanam, pulcherima forma est verbi divini interioris, quæ per singularum literarum, et punctorum expositionem disponitur. Omnem etenim rem creatam Deus propositor invisibilium, sub signis et literis visibilibus, adducet in judicium, ad judicandum de re arcana; quæ subintelligitur, sive sit bona, sive

Arg. 11. Ab exemplo Salomonis. Eccles. 12.10. Ps. 119.24.

 mala;

mala; i. sive res exterior quæ perfectionem præ se ferat, ut lux, vita; sive imperfectionem, ut tenebræ, mors, infernus. &c.

Arg. 12. A natura verbi a Patre geniti. Psal. 45.1.

Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi, lingua mea Scriba brachygraphi. Testatur Deus se verbum correspondentiæ, è visceribus sapientiæ suæ effudisse, quod non potest intelligi, de verbo, quatenùs carnalitèr intelligitur. Nunquam enim eo respectu è corde Dei emanavit, est enim Christus verbũ Dei ἐνδιάθετον, ϗ οὐ προφορικὸν, intus occultè dispositum, non clarè scriptum et enunciatum: quoniam *non audietur vox ejus foras.* Et stylus, quo verbum Dei in sacris Biblijs scribitur, est βραχυγραφία, cùm sub literis, et apicibus singulis, totidem verba intelligantur. Nam superflua curiositas illa determinandi pronunciationem sermonis, est μακρογραφία, et de Brachygraphiâ hâc, ejusque arcanâ scientiâ legendi verbum Dei, intelligitur encomium illud *Esdræ*, et à seipso vindicatum, et à Rege *Persarum* impositum, quòd esset *Scriba velox in lege Dei.* Quod alioqui indignum esset tali principe, de operâ amanuensis gloriari. Quinetiam et de facto non est verum, quòd libros Dei expeditè, et per cursum exararent Scribæ, cùm contrà, summâ diligentiâ semper usi sunt *Iudæi* hâc in re, utpote qui non minimam religionis partem in eo ponerent.

Isai. 42. 2.

1 Esdr. 7. 6.

Arg. 13. A multiplici sensu inducto in Scripturam.

Isaias 7. 15. Essentia super Essentiam gradietur, et auditus super auditum erit, cùm quærent visionem: nam lex peribit à Sacerdote, et consilium (vel sensus) *à Senioribus.* Est Prophetia de abolitione legis, et cultus Iudaici: ut apparet in superioribus versibus; ubi innuitur, quòd quandoquidem tota terra Scripturæ Iudaicæ plena esset violentiæ, (in exponendo) ideò induceret Deus pastores gentium (id est Ecclesiæ Catholicæ) et possiderent domos omnium constructionum quas fecerant, et sensuum: et sonus virtutis Iudaicæ cessaret, et Ecclesia gentium, sancta eorum hæreditaret. Quoniàm veniente fine omnium in *Christi* adventu, quærerent pacem suam in lege, (sicut dicebant *Iudæi, Scimus quòd Deus loquutus est per Moysem*) et non reperirent eam.

Ioan. 9. 9.

Quoniam super essentiam, i. sensum rerum Iudaicarum, superveniret alius sensus rerum; et super lectionem unam verborum, alia lectio, et auditus: cùm à magno illo Prophetâ expositionem requirerent. Et Sacerdotes amitterent legem suam, i. punctuariæ Grammaticæ externæ: et sensus, quem Seniores statuissent in sacris literis, periret. Igitur expositio germana Scripturæ Hebrææ non est secundum lectionem Grammaticam.

Argum. 14. A similitudine verbi Dei ad surculum insitum. Iac. 1. 21.

Deponentes omnem sordem, et curiositatem malitiæ suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras. Sordes sacræ Scripturæ est sensus carnalis, et terrenus Iudæorum. Et περισσεία est illa curiositas eorum in defigendo sensu incongruo. Neque enim intellexit Apostolus superfluitatem malitiæ, tanquam aliquis gradus ejus esset tolerabilis: sed hanc ipsam περισσολογίαν et curiositatem lectionis Grammaticæ, sub vitij illius exterioris reprehensione velavit. *Et suscipite* (inquit) *insitum verbum:* Manifestum est ergò ex oppositione, quòd respexit ad abusum verbi divini, in priori parte sententiæ; et per verbum, cujus abusum taxat, intelligit illud, quod non est insitum, et illiminatum alteri; quemadmodum pomo agresti, suavius inseritur. Et hoc est verbum literale legis Iudaicæ, quod non potest servare animam, nec ex opere suo spiritum dare, i. spiritualem sensum; est enim administratio mortis. Sed lex spiritus per fidem, i. lex interiùs legendi est administratio vitæ. Et hæc est in quam paulo post monet παρακύψαι in legem libertatis: i. tanquam capite inserto per fenestram aliquam vel locum secretum inspicere in rationem liberam legendi. *Cui benefacitis* (interim) *attendentes, tanquam lucernæ lucenti in loco obscuro,* (typicæ similitudinis) *donec Lucifer* (intelligentiæ allegoricæ) *oriatur in intellectu vestro.* Determinatio ergò Scripturæ veteris more Grammaticorum, aversatur *Christo*, et sensui ejus, et derelinquenda est ab eo, qui *Christum*, et regnum ejus in historiâ, et prophetiâ veteri videre cupit.

2 Pet. 1. 19.

Hier. 8. 8. Arg. 15. A rigido iudicio Dei, quo veritatis essentialis nomen denegat literali historiæ et sensui.

Quomodò dicitis sapientes nos sumus, et lex Dei nobiscum est? Certè mendacium operatus est stylus mendax Scribarum. Magna fuit Scribarum gloria de peritiâ suâ in lege Dei, tanquam omnis sapientia in numeratione, et lectione punctorum, contineretur. Quemadmodùm apparet in Scholâ *Masoretharum*, qui nullam partem legis æstimant, nisi quæ sub sepe Grammaticæ lectionis continetur. Atqui Spiritus disertis verbis testatur, stylum *Scribarum*, i. Grammaticam rationem scribendi, et interpretandi, causam fuisse errorum; et ad mendacem sensum directè ducere lectorem. Licet enim Scriptura illa punctualis, quatenùs à Dei spiritu animatur, sapientiam divinam docet: tamen quatenùs dirigitur

dirigitur, sensum ab intentione Dei alienum definit. Quoniàm licet narratio rerum historica, quæ in veteri Biblio vulgo legentium proponitur, ità de facto acciderit: tamen si Scripturam sacram ità determines, ad hunc sensum, ut ulteriùs non progrediatur, mendacium est; quemadmodùm et omnis creatura, si in esse suo physico subsistat, absq; relatione ad res divinas. Sicut enim dictiones scriptæ si considerentur ut ductus multiformes linearum, absque respectu ad voces significatas falsi sunt conceptus: ità similitèr omnes figuræ veteris testamenti, totiusque naturæ, si in seipsis defigantur, evanescunt. Quia totum cœlum, et opera ejus, verba sunt enarrantia Dei gloriam: quo sensu à *S. Paulo* dicitur, *quòd petra erat Christus,* et tota historia *Abrahæ* est id, quod est, ἀλληγορούμενα ad alium sensum traducta. Et *Paulus* ipse, est hoc quod est, per gratiam Dei, non per naturam suam; quatenùs gerit rationem Dei; non quatenùs habet rationem essentialem hominis. Ità à prophetâ affirmatur, quòd etiamsi jurent Iudæi carnales, *Vivit Dominus,* tamen mentiuntur: quia non est hoc Deus, neque est hæc vita ejus, quam illi concipiebant. Est enim ἀλήθεια, *Veritas,* dicta ab α privativo, et λάω video, et θέσις, i. *propositio invisibilium Dei.* Contrà, ψεῦδος mendacium, dicitur à ψέειν εἴδεα, *strigmenta et superficies rerum pro rebus convenientibus tradere.* Qui verò accipit verbum Domini verum in os suum, et ipse non reformatur, saltem generali semine Dei, (cogitando quòd *Christus* per fidem solam justificans sit finis legis) mentitus est. Non enim invisibilia Dei, sed ramenta apparentiæ carnalis proposuit, et veritatem Dei in injusto sensu detinuit. Et hæc est revelatio iræ Dei de cœlis, quæ per ministerium meum declaratur in omnes qui verba sacræ Scripturæ in carnali sensu accipiunt, sine justitiâ Christi subintellectâ. Quâ unâ cautione liberati sunt Protestantes à terribili hâc judicij censurâ: quia semen Dei custodit eos. Deinceps verò ab omnibus viris doctis requiritur, ut hoc quod habebant per gratiam, satagant in se possidere per explicitam scientiam.

Psal. 8.
1 Cor. 10. 4.
Gal. 4. 24.
1 Cor. 15. 10.
Hierem. 5. 2.
Psal. 50. 16.
Rom. 1. 20.
Rom. 1. 18.

Delebo Hierusalem, sicut deleri solent tabulæ; et delens, vertam, et ducam stylum crebriùs super eam. *Hierusalem* significat cætum Theologorum, et Scripturam sacram, quatenùs per puncta sensus determinatur. Minatur ergò Deus, quòd ita deleturus esset *Iudæorũ* scripta sacra, (quoàd sensum ipsorum) sicut deleri solent tabulæ scriptæ, quandò stylus inducitur. Quod apertè exprimit modum relectionis inducendæ, in sacram Scripturam, qui omnem sensum carnalem priorem delet. Quòd autem per *Hierusalem,* significetur etiam ipsa Scriptura sacra *Hebræa;* quæ est subjectum Theologorum, in quo versantur, et vivunt, apparet ex alio loco *Isaiæ;* qui ad propositum nostrum accommodus est.

Argum. 16. Ab analogia excidij Hierosolymæ ad alterationem lectionis S. Scripturæ.
4 Reg. 21. 13.

Heu Ariel Ariel civitas, quam oppugnavit David, addiderunt canonẽ super canonẽ, et festa absciderunt. Civitas, quam oppugnavit *David,* ad literam est *Hierusalem;* sed in mysterio, sacra Scriptura *Hebræa:* quàm in *Psalmo* 119 arctâ obsidione pressit, ut rationem exponendi eam, et intelligendi, in potestatem suam redigeret. Apposuerunt Scribæ multitudinem canonum lectioni ejus, ut eam vallarent, et defenderent ab intellectu legentium: et omnem festivitatem Evangelici sensus in *Christo,* et Ecclesiâ ejus absconderunt. Sequitur. Et obsidebo *Ariel,* id est legem divinam: et fiet traditio divinorum, et sensus divinorũ, et erit mihi sicut *Ariel,* i. (secundum nomen suũ) illuminatio, vel commentarius divinorum. Et obsidebo circulum super te, secundum generationem hominum; et fingam super te statuas, vel lineas perpendiculares: i. leges, pro torturâ accedente: erigam contra te angustias, vel angulos, pro imaginationibus, et figmentis; et humiliaberis (i. sub potestate intelligentiæ redigeris) sub terrâ, (i. sub literâ loqueris, et ex pulvere punctorum) et profundus erit sermo tuus: et erit, tanquàm vox Pythonis de terra loquentis, vox tua, et ex pulvere punctorum oratio tua mussitabit; et erit tanquam pulvis tenuis (*punctorum*) multitudo eorum, qui ventilant te, i. sensum tuum; et tanquam palea transeuns multitudo eorum, qui dilatationes vel commentarios super te scripserant. Et fiet hoc in momento momenti: vel ad persuasionem simplicium, i. adeò manifestè, et demonstrativè declarabitur hoc, ut etiã simplices intelligant. A IEHOVA, complacentiâ verbi naturalis, et fortuiti, i. contrariorum, visitabitur terra Scripturæ: in murmure alterius soni, et in terræ motu, i. commotione alterius situs literarum, et in turbine, i. lectione Scripturæ in formâ spiralis lineæ: et in tempestate, formâ transponendi verbi; et flammâ ignis consumenti; i. allusione ad spiritualia ex verbo interno, omnia in se convertente: et erit tanquàm somnium visionis nocturnæ multitudo omnium

Argum. 17. A similitudine obsidionis Solimarum ad studium intelligendi S. Scripturam.
Isa. 29. 1.
תאנה. Signi- traditionem.
Quia series nominum propriorum explicat perpetuam orationis sententiam.
Convenientia similitudinis instar anguli est, in quo res diversæ concurrunt.
Puncta consonis inspersa similitudinem habent commentatorum, circa verbum Dei muscarum instar volitantium.

nium

nium (Catholicorum) qui militarunt militiâ suâ, contra difficultatem intelligendi legem Dei Hebræam, ut eam sub potestate fidei, et Ecclesiæ Catholicæ redigerent: et omnes complacentias ejus, et adyta, et extillationes ejus. Et erit sicut somniat esuriens, et videtur edere, et cùm expergiscitur, vacua est anima ejus. Et sicut somniat sitiens, et videtur bibere: et cùm expergiscitur, visio avolat, et anima ejus hiat. Sic erit multitudo omnium Catholicorum, qui militarunt super symbolum contemplationis, vel rerum intellectualium. Imitamini actus hominis studentis scire, quid sit hoc, vel illud: sed verè obstupescitis. Imitamini eos, qui respiciunt quid sit hoc, vel illud: sed vos per ludum hoc facitis. Inebriaminini opinione vestrâ, sed absque vino (ullâ rerum similitudine) vacillatis in utramque partem, comparando rem unam alteri: sed absque similitudine rerum acquisitâ; quia miscuit super vos Dominus spiritū soporis, vel similitudinis Protestantium, et clausit respectus vestros, et Prophetas, vel expositores vestros, et Principes vestros Pontifices: qui ex cathedrâ contemplantur. Et erit vobis visio omnium, sicut visio libri signati, quem si dederint homini scienti literas dicendo, lege obsecro hoc, respondebit non possum; quia signatus est. Et si dederint homini nescienti literas, negabit se scire literas: quia non minùs difficile erit legere S Scripturam, cùm ratio hæc nova aperietur) homini literato quàm illiterato. Et dixit Dominus, quandoquidem appropinquat ad me populus iste, in ore suo, et in labijs suis (commentarijs) honorant me; sed sensus eorum procul est à me, et religiosus cultus meus apud illos est statutum, quod per homines docetur, sc. per traditionem Ecclesiasticam. Propterea ecce ego apponam, mirificare populum hunc, mysterium super mysterium: i. faciam expositiones Catholicorum super sacra Biblia textum unum mysticum super alium, qui non minùs erit obscurus, quàm textus primus: et peribit sapientia sapientûm, et intelligentia intelligentium contradicetur.

Studium intelligendi S. Scripturam secundum morem Rabbinorum et Catholicorum est Actus scænicus veri Theologi.

Væ Scribis vel Grammaticis, qui condunt statuta vanitatis, et in scribendo scripserunt injustitiam, i. sensum injustum, *ut declinent judicium pauperum,* i. literarum simplicium, vel seperatarum; *et ut opprimant judicium contemplantium in mysterio meo. Et sint viduæ,* i. voces non numeratæ, vel expositæ, *præda eorum:* Vidua significat dictionem, quæ non habet illo in loco sensum proprium, juxta quem exponatur: sed tantùm vox ænigmatica est continens tesseras aliorum verborum. (Qualia sunt verba artis apud Grammaticos, ut *Heemanti Begad Cephat*) *Et pupilli* (verba æquivocæ significationis) *intelligentia trita.* Manifestum est quòd Scribæ non habebant potestatem condendi statuta alia, quàm ipsam ordinationem, et legem de usu punctorum. Ergò regulæ illæ Grammaticorum Hebræorum, quoad usum ipsorum, sunt statuta vanitatis; et sensus ille, qui per puncta defigitur, injustus est: quia correspondentiâ caret spiritualis intelligentiæ.

Argum. 18. Quia lectio Grammaticorum falsas regulas tradit. Isa. 10.1.

In diluvio Metaphorico, *sententiæ decisionem faciet in loco suo,* i. in quovis loco Scripturæ pleno similitudinis typicæ ostendet commentarium ejus inscriptum; et tenebræ persequentur eos, qui opponunt se ei. *Quid poteritis cogitare contra complacentiam naturalem verbi, et fortuitam? Ipse sententiæ decisionem faciet:* et non poteritis suscitare sensuum diversitatem, vel respectuum. Quoniam *qui implexi sunt spinis suis,* i. punctis Grammaticis, *et in captivitate suâ* (i. proprij sensus) *captivati, consumentur velut stipula, quæ tota arida est.* Ita arescet ingenium eorum, qui spinis Grammaticis se implicant; ut non possint cogitare alium modum exponendi Scripturam, præter illum quem fortuita verborum complacentia ex se offeret.

Argum. 19. Quia invito toto orbe ostendetur commentarius in S. Scripturam. Nahum 1.8.

Insignis locus est in tertio *Isaia* de abolitione totius gloriæ, quam Grammatici posuerunt in contemplatione punctorum, et titulorum legis in pravâ ratione intelligendi.

Argum. 20. Quia prædicit Deus diversum usum accentuum et punctorum inducendum in S Scripturam. Isai. 3.18.

In die illo transferet Dominus decorem reflexionum: et ponitur sub illâ voce accentus *Darga,* similis lineæ circumflexæ ך: *Et ocellaturas:* præcedit accentus *Tebir* ך oculo similis: et *lunulas,* antecedit forma lunæ ;: & *stillationes,* apponuntur tria puncta perpendicularitèr sita ך: et *resolutiones: Dagesh* in medio שּ resolvens literam in duas, inter pronunciandum: *et locomotiones:* conjungitur *Soph pasuk* ך, docens migrandam esse ad aliam sententiam. *Et mitras:* scribitur in textu vocis illius *mem finale extensum,* instar *mitræ* ם: *Et passus ambulantium,* insigitur *pashtha* in novissimâ literâ פשטא, significans extensionem vocis ad sequentia, tanquam pedis ad incedendum: *Et conspirationes sensuum,* i. *Zakeph katon* ;: qui facit minimas consensiones, et veluti conspirationes verborum. *Et domos respirationum,* formam sc. *Parenthesis* ;;. *Et sermonis submissiones,* apponitur

nitur *Soph pasuk*, signum sententiæ finiendæ. *Et connaturalitates, vel conformitates sensuum*, subest Accentus *Tharka* ֖, docens relationem ad versum superiorem. *Et monilia sensus ulterioris*, ascribitur accentus *Mirca* ֥, qui vocem sequentibus copulat, instar monilis, *Et separationes vocum appendicum à radice*, ut *Pashtha* super מחלצות. *Et copulationes (accentuum)* המעטפות duo accentus simul junguntur in eâdem dictione *Munah*: et *Zakeph katon*. *Et conformationes*, ut *Tarka* ֖ ad *Zakeph katon* ֔. *Et stylos Scribarum*, i. Grammaticorum puncta vocalia: *et volumina vel membranas*, i. commentarios. *Et sindones eorum vel apertaria textus*, quibus explicant ipsos commentatores. *Et binnitum eorum*, sc. in pronunciando: *et minutas explicationes* (vocis) velut laminas. *Et erit pro sensu saporis dulcis, et odorati; putredo, & fœtor*: ut pro בשם Aromate, בשם *Pudor et turpitudo eorum*. *Et pro cinctu eorum*, sc. textuali חגר, *exundantia eorum* in legendo חרת *Exitus liber*. *Et pro opere æqualitatis et conformitatis*, (i. secundum sensum historicum) *erit calvicies*, privatio respectuum sensibilium: hoc est, pro מקשה, שקסה. *Et pro cinctorio* (verborum) *cinctorium textus in formâ sacci* ▦ *tanquam res magis decora*. Significat enim *Saccus* secundum similitudinem filorum crassorum, dispositionem orationis in formâ quadri, quod per modum crucis legitur. *Homines tui per distinctionem vel* διχολομίαν *verbi cadent, et fortes tui in bello, vel in dictionis opportunitate. Et quiritabuntur et lugebunt portæ tuæ*, i. rationes judicandi; *et desolata in terrâ Scripturâ sedebis*.

Per diversitatem lectionis verba et res mutantur.

Numquid veritate illorum ligatâ justitiam eloquemini Protestantium? et æquitates (sensus Evangelici) *judicabitis filij hominum?* Litera ſ finalis paragogica perpetuò significat Protestantes, qui sunt filij novissimi respectu Catholicorū. De quibus dicitur, *Erunt primi novissimi, et novissimi primi*. Et per filios hominum semper intelligendi sunt ijdem Protestantes, et veri spirituales; sicut per homines significantur Catholici. Quia soli Christiani dicuntur homines; ut qui conditi sunt per baptismum ad imaginem Dei; reliqui homines per omne genus animalium, et creaturarum innuuntur; undè dicitur, *Prædicate Evangelium omni creaturæ*, i. omni generi hominum. Sequitur. *An deinceps in sensu superficiali operabimini Protestantes? In terrâ*, (i. Scripturâ vulgari) *violentum sensum manus vestræ ponderabunt*. *Dominus franget canones eorum in sermone ipsorum; qui indulgentiam prohibent* (verbi) *eradicabit Deus complacentiarum*. Leo generalitèr significat legis professores. Et sicut Leonum sex sunt diversa nomina, ita sunt similitèr leguleiorum. ארי Doctorem legis significat. 2. ליש Qui legem fermento imbuit sensus commentarij. 3. כפיר Archihereticum, qui novam legem edit cum oppositione priorū. 4. לביא Pædagogum, qui exhortatur ad opus legis. 5. שחע Qui judicat secundum speciem externam legis, nullum admittens alium sensum. 6. שחל Qui stillat conceptum legis i. paraphrastem. *Repudiaverunt ad similitudinem aquarum*, quæ secundum inclinationem naturalem, altiorem partem terræ perpetuò deserunt, et feruntur ad decliviora: ita Rabbini sequuti sunt terrenum sensum cœlesti derelicto; *incesserunt sibiipsis*, (in sensu suo) *Dirigit pagina exterior* (Scripturæ) *quomodò pronuncient*. *Sicut vermis dissolutus incedit, sic incedunt, et sicut abortivus mulieris, nunquàm viderunt Solem*. Duo sunt præcipua vitia punctorum. Primum, quòd obliquè, instar vermis repentis, ductum constructionis dirigunt. Alterum, quòd sæpenumerò nullus sensus potest ex oratione elici, ut sententia tota, tanquam abortivus, nullum unquàm sensum viderit. *Antequàm viæ vestræ possint intelligibilem facere spinam, vel rubum canonicum, secundum formam viventis*: i. priusquàm vos possetis rationem probabilem reddere, omnium punctorum vestrorum; ut apparerent vitam in se habere: *secundum formam contradictionis æstimatū illud est*, i. diverso et contrario modo intelligendi. *Lætabitur justus* (sequens sensum juxta stantem) *cū viderit vindictā*; i. sensum suum per vim dicti, et apices legis vindicari; *et gressus suos lavabit in sanguine impij*, i. in ipsâ similitudine, et æstimatione sensus, quem sibi defixerunt homines superficiales; *justus gressus suos*, i. studij sui affectus, et desideria, *justificabit*. *Et dicet homo*, i. Christianus, *certè fructus est justo*, (sequenti sensus correspondentes) *certè sunt propositiones rerum invisibilium*, per signa visibilia, *quæ judicant terrâ*, i. Scripturam.

Psal. 58. 1. Argum. 21. Increpatio Christianorum fidelium, qui legem ad literam accipiunt, Matth. 10. 31. Marc. 16. 15.

Vers. 8.

Vers. 9.

Vers. 10.

Non est alia regula manifestius tradita, de ratione intelligendi S Scripturam, quàm hæc: ut directo ductu extendatur verborum constructio. Quemadmodum enim recta linea, æqualitèr inter terminos suos porrigitur: itâ omnis sententia Scripturæ, inter terminos subjecti, et prædicati, secundum naturam rerum ipsarum incedit. Et sicut per

Arg. 22. Quia non potest defendi a perverso ductu orationis sacra Scriptura, per vulgarem usum punctorum.

amussim, convincitur obliquitas lineæ, si usquàm subsidat, vel protuberet: ità per vocis defectum, vel redundantiam, vel obliquam rerum expressionem, conjicitur falsa verbi Dei intelligentia. Atqui impossibile est, secundum ordinatas punctorum leges, sententiam Scripturæ multis in locis æquabilitèr extendere: alicubi enim subjectum, alicubi prædicatum deest; multis in locis nullum est verbum quo copulentur; et nonnunquam apodosis sententiæ abest: passim verò defectus verborum, et redundantia deprehenduntur. Atqui Scriptura de seipsâ testatur, quòd *nihil sit perversum, nihil contortum in se: sed omnes viæ propositionum rectæ sunt, intelligentibus eas.* Et propterea toties monet cavere ab illis, *qui obliquè incedunt in interpretationibus suis.* Nam quòd per usum loquendi vulgarem se excusant; nihil est. Quia verbum Dei secundum sensus divinos, non phrasin humanam, dirigitur. Vitio enim cuivis literato verteretur, si conceptus animæ perversè exprimeret: quoniam verba rebus, non res verbis famulari debent. Ideoque absurdum sit cogitare, quòd Deus sensus mentis suæ, non secundum naturam propriam verborum divinorum; sed secundum distortum morem elocutionis humanæ direxerit. Si enim *non sit data Prophetia secundum voluntatem hominis;* tàm ad morem loquendi, quàm ad modum intelligendi, se extendit; testante Apostolo, *quòd res Dei non exprimantur verbis secundum regulas artis humanæ, sed tantùm divinæ.*

Prov. 8. 9.

Prov. 2. 12, 15, et 6. 12. et 8. 8.

2 Pet. 1. 20.

1 Cor. 2. 13.

Denique etiam id, quod in parabolarum libro toties inculcatur: *de vitandâ* נכריה *Alienâ: et de periculo societatis ejus,* quòd *nunquam apprehensurus est vias vitæ, qui cum illâ congreditur:* perpetuò intelligendum est, de translatione vulgari Scripturæ; sicut verbum significat. Atqui si per lectionem punctorum moderanda sit intelligentia Scripturæ, non erit tantum periculum; quoniam etiamsi alicubi deflectit à proprietate phrasis Hebrææ: non est tamen tanta distantia, ut non commodè cum sensu vernaculo conciliari possit.

Argum. 23. A locis Scripturæ quæ admonent cavere a muliere extranea.

Prov. 2. 19.

Vltimò per demonstrationem rationis necessariam evincam verbum esse ἐνδιάθετον, quod toti Scripturæ insitum est, eamque perpetuò exponit. Quia potest Deus efficere quicquid non implicat contradictionem: potest ergò talem rationem legendi instituere, per quam Scripturæ sensus interior aperiatur. Si autem id potest facere, necesse est, ut noverit rationem certam, juxta quam si Scriptura legatur, perpetui commentarij vicem præbebit. Si autem novit rationem hanc, necesse est ut sit actu talis methodus. Quia licet quicquid Deus possit facere ad extrà, non faciat in rebus creatis; tamen quicquid potest scire, jam intelligit. Non autem intelligit rationem hanc legendi nisi verè existat: est ergò ratio interna legendi Scripturam, per quam secretissima ejus mysteria expromantur. Quo sensu *S. Paulus* dixit, πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, *&c. Omnis Scriptura divinitùs inspiratur,* i. plena est spiritu verbi divini.. Adde hùc, quòd nisi sit alia interior intelligentia totius Scripturæ præter vulgarem, tunc in intelligentiâ ejus *ambularemus in specie, non in speculo et ænigmate, et haberemus scientiam ejus generis quæ erit in patriâ cœlesti,* quia eodem modo quo nunc intelligimus, tunc etiam intelligeremus, et non evacuaretur scientia hujus mundi, sed perficeretur: quod directè everteret *doctrinam Apostoli.*

Argum. 24. Ductum a demonstratione necessaria.

2 Tim. 3. 16.

1 Cor. 13. 12.

Cap. 3.

ΑΠΟΚΑΤΑ΄ΣΤΑΣΙΣ ΦΩ΄ΝΩΝ.

ECCE *Sponsus venit.* Prima autem ratio sponsi, est Verbi Dei, cui totius Ecclesiæ fides et opera desponsata sunt. Ipse enim est, qui immortali semine verbi regenerat fideles à vitâ scientiæ corruptibilis, ad incorruptibilem. Neque enim sufficit corruptibile aurum scientiæ spiritualis terrenæ, vel argentum rationalis discursus, ut à vanâ conversatione nostrâ, quæ fit secundum doctrinam vulgò traditam, redimamur. Quia non ex substantiâ operum quæ facimus, sed ex verbo et sermone, de nobis benè, vel secùs operantibus, per Christum enunciato, vel justificamur, vel condemnamur: sicut scriptum est, *ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis;* etiamsi quoad potentiam loquendi surdus et mutus sis. Est enim sensus humanus, et operatio quæ per

Math. 12. 37.

per eum fit, carnalis crassa, & tenebrosa: neque per ullam discursus generationem potest ad res Dei pertingere: quia *quòd nascitur ex carne*, (id est) ex vulgaris intelligentiæ principijs, *caro est in æternum*. Neque enim potest ullum principium scientiæ diffundere se, extra sphæram virtutis suæ. Ergo ut à tenebris intelligentiæ terrenæ eximamur, necesse est, ad altiorem verbi latitudinem assurgere; quamdiu enim res accipiuntur sicut videntur, & verba scripturæ, sicut vulgò sonant: nondum à sublunari hoc, & corruptibili scientiæ orbe egressi sumus. Quia sunt hi duo poli in quibus tota comprehensio potentiæ humanæ movetur. Dicitur verò de *Christo, quòd non secundum auditum aurium audiet, neque secundum visum oculorum iudicabit.* (id est) non æstimabit verba in illâ significatione, quâ primò occurrunt; neque res in illâ specie quâ se repræsentant intellectui. Et quidem totam hanc materiam verbi Dei in proximâ tubâ, ex proposito tractabo; in hâc verò præfatione, & introductione ad *Pentaglotton* hoc, tantum spinas grammaticas, & scandala τοῦ λόγου ἐνδιαθέτου, aliâque *Babylonis* rudera removi: ut ad nativam verbi gloriam, & civitatem cœlestem *Sionis* viam complanarem. Propterea, sicut solent aliquandò tubicines invicem canentes, ultimum cantionis prioris sonum simul prehendere, & dein è novam seorsim ordiri: ita secundus tubicen meus, qui veritatis classicum personabit de vocum apocatastasi, ante tempus in loco hoc ingreditur, coniungens se tubæ pulchritudinis, ut si fortè tardavero, sciatis quomodò oporteat conversari in templo verbi, & ministerio sacrorum ejus.

Ioan. 3. 6.

Isai. 11. 3.

Nam in duplicem finem *Pentaglotton* hoc editum à me est: partim ad confirmandam veritatem præconij mei; partim in usum eorum, qui ad investigandam sapientiam aliam arcanam, secundum proportionem hujus, quæ à me proposita est, omni studio incumbent. Quia cùm tota vis prædicationis meæ, testimonijs verbi Divini nitatur, in cujus expositione significationes vocum plures adhibeo, quam quæ in Lexicis *Hebræis* reperiuntur: poterit animum legentis subire dubitatio, ne varietas hæc significationum è cerebro meo excogitata sit, sine fundamento veritatis, & præter vocum naturam. Scitote igitur, qui hoc prius ignorastis, quòd sicut apud *Græcos* quinque sunt Dialecti: *Attica, Ionica, Æolica, Dorica, & Communis*; quæ diverso modo, & phrasi loquendi utuntur: ita quinque sunt linguæ sanctæ variationes, ex quibus Dictionarium hoc *Pentaglotti* nomen sortitur. *Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Arabica, & Rabbino-talmudica*; quæ non solùm peculiari dialecto terminationis vocum utuntur; verùm etiam diversas ejusdem dictionis significationes, una ab aliâ, usurpant. In quibus maiestas, & magnificentia verbi Dei ἐνδιαθέτου subsistit. Sicut enim nomen maiestatis Regibus attribuitur, quòd supra omnes alios potestatem habeant, res grandes, & magnificas præstandi: ita lingua sancta omnibus alijs linguis antecellit, in multiplici significationum varietate: per quam sensus arcani, & stupendi elici possunt, supra modum aliarum linguarum, quæ propterea ab Hebræis linguæ subsannationis appellantur. Quoniam ea, quæ in codice sacro scripta sunt, si in aliam linguam transferantur, ita virtutem suam amittunt, ut potiùs subsannari per imitationem vocum angustam, quàm plenè exponi videantur. Propterea in testimonium veritatis, quòd omnia à me candidè, & syncerè agantur, adjunxi Dictionarium hoc à doctissimo viro *Valentino Schindlero* collectum, quod in epitomen contractum, imprimendum curavi: quoniam exemplaria priora non facilè ubique parari possint. Et quinque hæ dialecti tanquam vectes tabernaculi, in unâ veritatis compage, quinquaginta tabulas totidem capitum primæ tubæ meæ confirmabunt. Et simul Theologis rerum Divinarum studiosis, rem gratam, certè utilem feci: ut ex varietate hâc significationum, possint latentem Dei sapientiam indagare. Nam siquis viam hanc ὀρθοτομίαν verbi ad verbum, indicantem omnia contemnat, & consulat *ire ad Patres, & Scholasticos, qui periti sunt speculandi, & disputandi*: respondet Propheta: *Nunne populus à Deo suo requiret? quatenùs testis est rerum viventium, non mortuarum. Secundum legem, & significationem eius, si non dixerint, instar verborum somniantis erunt: quæ nullam habent disquisitionem.* (id est) quæ sine ratione dicuntur.

Eccli. pr.

Isai. c. 19.

Nunc exemplum vobis prælucebo, ut intelligatis usum uberrimum hujus Dictionarij: Et quomodò per æquivocationem verborum, possit sensus secretus S.

Scripturæ elici. Eligam verò *Psalmum* 46. per cujus versus singulos, tanquam areas horti, rivulos fluvij *Physon* deducam.

In finem filiis Core pro arcanis canticum.

Significat etiam למנצח *vincenti*. (id est) ei, qui poterit perspicaciâ ingenij sui superare difficultatem intelligendi *Psalmum* hunc: sicut dicitur in *Apocalypsi*, *Vincenti dabo manna absconditum*, &c. Vtraque ergo significatio concurrit, & quòd ad tempus finale seculi reservetur vera intentio *Psalmi*, & quòd habeat sensum occultum, qui studio, & prudentiâ, sub potestatem intellectus reducendus sit.

Filijs Core: Dictio *Core*, est nomen proprium significans *calvum*, vel *calvinum*, & filij *Core*, sunt *Calvinistæ*, qui illo nomine distinguuntur à cæteris *Protestantibus*: & in finem seculi incisuri erant. Et de *Coreh* traditur, quòd propter seditionem, quam movit contra *Moysem*, & *Aaronem*, descenderit vivus in infernum. Et tanquam res memorabilis observatur, quòd filij ejus non sint illo judicio absorpti. Quod in figurâ factum est congregationis *Puritanicorum* presbyterorum in Britanniâ, qui ministerium publicum oppugnarunt: eoque nomine, quotcunque in illo seditioso affectu mortui sunt, obnoxij sunt judicio inferni: quod non pertinet ad *Ioannem Calvinum*, qui in ministerium Ecclesiæ reformatæ nihil movit; neque pertinet judicium illud ad illum, qui *Calvini* sententiam in religione sequitur. Qui vir pius fuit, & fidelis *Christi* minister: Sed qui Ecclesiam nostram perturbarunt, onus suum ferent.

Num. 16. 14.

Gal. 6. 5.

על־עלמות *Super arcana, vel virgines*. Dictio mulieris נקבה, significat etiam expositionem literalem notam homini. Virgo verò expositionẽ arcanam, & ignotam. Est ergo titulus, & summa totius *Psalmi* hujus, de expositionibus scripturæ secundum literam, & tamen arcanis.

Ver. 2. *Deus nobis protectio fuit, & virtus auxilians in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis*. In interpretatione scripturæ, memineris nullam dictionem transire, rerum sensibilium, moralium, & Divinarum. Sed etiamsi non semper necesse sit in constructionem sententiæ eam inserere, ne nimis oneretur multitudine verborum, tamen semper hæreat tibi in animo, quæ sit significatio cujusque vocis. Ergo nomina Dei non sunt transeunda, sunt enim omnia sensus ignoti; neque satis habens derivationem eorum, secundum usitatum Grammaticorum, & Theologorum morem deducere, nisi sensum aliquem vulgò ignotum investiges. Itaque per nomen יה *Deus*, non solùm concipias rationem etymologiæ ab essentiâ Dei, quòd sit verè ens; hoc enim etiam lippis apparet. Sed scias nomen יה *est*, significare verbum Dei unigenitum, quod omnia interpretatur interiùs in sapientiâ Dei, & sustinet exteriùs in formâ Divinorum. Sic אל dicitur, non tantùm à potentiâ, verùm etiam ab אל significante *ad*, *juxta*, *propter*, *coram*, *super*. Et nomen est *Christi*, in quo creavit Deus secula, quia *ad* illum omnia tendunt, ut terminum motus; *juxta* illum sunt omnia, ut exemplar eideale; *propter* eum, & Ecclesiam sunt omnia, tanquam finem; *coram* eo sunt omnia, ut opera eius; & ipse est *super* omnia, & habet nomen super omne nomen. Sic nomen אלהים *Christum* etiam significat, qui est ὁ λόγος, & scriptura iuxta sonans, exteriùs, et interiùs; undè scriptura nomine Dei vocatur. *Prævidens autem scriptura quod Deus iustificaturus esset mundum per fidem*. Et iterum. *Quid dicit scriptura Pharaoni?* (id est) Deus. Et ipse est, qui scribit sensibilitèr in figurâ creaturarum; intellectualitèr in literis sacris, & spiritualitèr in inclinatione cordis. Denique Deus est repræsentans invisibilia sua, per signa visibilia. Sic ergo textus incedit per homonymiam. *Scriptura correspondens inventa est nobis tegumentum* (exteriùs) *& ratio auxiliandi ei* (interiùs) *in angustijs materiæ*. Quoniam sub exteriori cortice scripturæ tegitur historia Ecclesiæ *Protestantium*, & per scripturam interiorem explicatur, & demonstratur.

Ioan. 1. 18.
Hebr. 1. 3.
1. Cor. 3. 22.
Pro. 8. 30.
Eph. 1. 23.
Hebr. 4. 13.
Gal. 3. 8.
Gal. 4. 30.
Psal. 8. 1.
Rom 2. 15.
2. Cor. 3. 3.
Rom. 1. 20.

Ver. 3. *Propterea non timebimus, dum mutatur terra, & dum labuntur montes in cor maris*. Terra significat universum objectum doctrinæ, sive in sensibili creaturâ sculptum, sive in literis sacris scriptum. *Chaldaicè* ארע, significat objectum, & quicquid sensui occurrit. *Hebraicè* non habet homonymiam: propterea regula est, ut *omne primogenitum consecretur Deo, sed si sit primogenitum asini, vel est redimendum, vel collum illi frangendum*. (i) primaria vocis significatio sacra est rebus Divinis

Exod. 34. 20.

nis enunciandis, nisi fuerit חמר *materialis*, (i) de rebus materialibus, & sensibilibus; tunc enim, vel redimenda est per homonymiam, vel cervix ei frangenda, (i) divisio, vel transpositio facienda est literarum. *Cervix* enim significat *vicem cernendi*, (i) ratio respiciendi simplex mutabitur, & intorquebitur. Sic igitur dictio materialis hæc ארץ, per divisionem fit אר רץ. *Doctrina trita, & vulgaris*. Et indifferentèr sita est terra hæc objectorum, ad respectum geminum; vel enim refertur ad id, quod verè, in intelligentiâ parallelâ *Dei* ponitur; & dicitur, שמים. *Cælum* à positione correspondenti, vel ad illud, quod non est, sed videtur esse, in esse proprio; & dicitur שאול *infernus*, à שא אול *apprehensio stulta, & privativa*. Ex quo licet colligere, quòd universum hoc in tempore præsenti in medio statuitur status cœlestis novi mundi, & inferni; quia quatenùs ad *Deum* refertur, pertinet ad mundum venturum: & quatenùs in seipso subsistit, ad infernum. Sublatâ igitur relatione hâc ad *Deum*, et invisibilia eius; mūdus hic infernus est, in quo statu tota Ecclesia *Romana* hodiè sita est.

Montes Hebraicè הרים, ab הרה imaginari, et concipere; et significat loca scripturæ symbolica, et typica, quæ imaginem gerunt rerum aliarum. Quia similes sunt montes hujusmodi scripturæ, mulieribus uterum gestantibus: continent enim alium sensum secretum, sub apparenti rerum sensibilium imagine. ימים *maria*, dicuntur à ימם *cribrare, & mutuò agitare*, et referre: vel ימה dispositione rei unius, ad respectum alterius. *Latinis*, à remeando. Et *Græcis* θάλασσα quasi θέα τῶν λαομένων ἄσσον. *Respectus rerum, quæ cernuntur propè*, (i) cum relatione mutuâ. Significat ergo relationem notionalem omnium rerum sensibilium ad res alias, quarum similitudines gerunt; et sicut *terra* est universalis notio rerum visibilium, quæ sensui objiciuntur: ita *mare* est universalis relatio signorum ad res significatas, quæ contrariarum intelligentiarum ventis, in omnes partes agitari potest. Et observa hanc regulam in investigatione verborum, et significationum eorum, ut omnia nomina huiusmodi ימם, ימה, ים יום, et ברה בר בוך ברא, ברר. Consulas tanquam affines in significatione intellectuali: ut quod deest in uno, suppleatur in alio per diversos respectus rerum, quæ exponendæ sunt. לב significat *medium, cor, sensum*: significatio itaque totius versus hæc est. *Scriptura sacra scripta exteriùs, & interiùs nos protegit à vulgari intelligētiâ, & etiam adiuvat ad intelligendum sensum suum, per lectionem interiorem. Propterea non timebimus quandò scriptura mutatur, & vicariè sumitur una pro aliâ*. (i) quandò transfertur in aliam linguam: neq; quandò symbolica loca eius applicantur per similitudinem ad vulgarem sensum allegoriæ. Quæ gemina ratio est, quâ innituntur *Catholici* ad investigandum sensum S. Scripturæ: quasi dicat in scripturâ seipsam exponente confidimus: propterea neque translationem *Latinam*, neque allegoricos sensus à Doctoribus eorum factos timemus.

Ver. 4. *Tumultuantur, & commiscentur aquæ eius, sed tremunt montes ad magnificentiam ipsius. Sela*. Allegoricæ relationes, et notiones universi, per similitudinem, tumultuosè sonant, (i) incertum, et materiales sunt. Nihil enim certi indicat similitudo, sed sicut unusquisque faciē suam in aquis intuetur: ita quisq; id, quod animo fingit, videtur sibi in similitudine videre. Et prætereà sensus allegorici *Catholicorum* materiales sunt, non spirituales: sed loca symbolica scripturæ tantùm tremunt ad magnificentiam verbi *Dei* indefiniti, (i) non sunt incerti sensus, qui ex verbo proferuntur, sed tantum multiplices: definiuntur enim determinatè licet varijs modis verti possint: quadruplicem enim sensum patiuntur omnia symbola sensibilium. *Tremere Hebræis* רעש, non habet æquivocationem, dividatur ergo in medio, רא עשה, vel רע עשה. *Respectum, vel cogitationem simplicem frangere, & dividere*, (id est) indifferentèr sistere ad diversos respectus. Sic tremit ad verbum *Dei*, qui non pervicacitèr ad unum sensum se defigit, sed in æquilibrio stat ad hunc, vel illum. Prætereà licet tremant montes, ad magnificentiam vocis *Divinæ*, non tamen commiscentur mutuò, neque fluit ex eis lutum turbidum carnaliū sensuum, ut in mari allegorico: sed aqua purâ intellectualium, et spiritualium notionum, et magnificorum sensuum. *Selah* dictio, neque sensum, neque constructionem, neque partem aliquam orationis certam habet. Et significat scripturam internam, quæ indefinitè legitur quoad sensum, et constructionem, et etiam partem orationis. Non intelligitur hoc de

Pro. 8. 9.

Isai. 13. 5. Matth. 4.

2. Tim. 4. Eph. 1. 11.

Sap. 6. 11.

de commẽtario *Physon* (i)expositione æquivocâ, sed de *Ghion*, et *Hiddekel*, lectione tesserali, et arrectariâ. Et tamen montes symbolorum in terrâ *Havila* tremunt ad vocem *Selah*. Sed tremunt ad magnificentiam eius (i) habent respectum referibilem ad sensus magnificos, non ad lutulentos, et materiales *Catholicorum*.

Versus 5. *Fluvius divisiones eius lætificant civitatem Dei.* Manifesta incongruitas, & solœcismus est orationis, qui non potest excusari per *Hebraismum*, quo confugiunt Grammatici, tanquam claudi ad equum. *Omnes enim viæ verbi Dei sunt recta intelligentibus eas, & nihil perversum habent.* Præterea, quis est ille fluvius, qui lætificavit *Hierusalem* tanto gaudio? Lege ergo Dictionarij quinque divisiones, vel diversæ sententiæ lætificant civitatem, vel Academiam Dei. נהר significat *illustrationem, & commonefactionem*, et פלג *rivus*, *diversam sententiam*, et litera ה cum puncto in ventre, quinque. Et sunt quinque rivuli diversarum significationum *Pentaglotti*, qui Theologos studiosos intelligendi sacram Scripturam exhilarant, et sitientes irrigant, et refrigerant. עיר *Civitas*, dicitur à ער *evigilare*, et significat congregationem hominum, qui vigiliâ spirituali se exercent, ut sub tenebris typorum lucis arcanæ exortum observent: *Quæ sunt sanctuarium tabernaculorum, vel mansionum correspondentiæ Divinæ.* Dicitur enim עליון à על non solùm *supra*, sed *iuxta*. Et hoc est quod dicitur *propè est dies Domini*, et *appropinquat regnum Dei*, &c. Et quinque isti rivuli sunt tanquam vectes, qui tabulas tabernaculi confirmant, in quo præsentia Divinitatis habitat.

Pro.8.9.

Isai.13.6.
Matth.3.2.

Versus 6. *Deus in medio eius est, ne cadat, adjuvabit eam Deus* (ex scripturâ internâ) *ut respiciat auroram*, vel id *quod quæritur*, ita enim verba vertenda sunt. שחר *Aurora*, significat etiam τὸ ζητούμενον *intelligentiam quæ quæritur*, & primam speciem eius. Gubernabit Deus studia discipulorum suorum, ne cadant; & ut videant primum splendorem sensus, quem requirunt.

Versus 7. *Tumultuantur gentes, & vacillant regna; sed attribuens in voce eius, liquefacies terram.* גוים à גו *tergo* dicitur, & significat eos, qui in tergo novi Testamenti in literâ, & facie terræ habitant; (id est) *Catholicos*, hi tumultuosè agunt in expositionibus suis. Et *regna* à מלך *consulere*, & *æstimare*, generales directiones sensus scripturæ per allegoriam vacillant: quia non potuerunt hactenùs stabili gressu, ad tertium diem Hexameri procedere, in inanibus suis commentarijs; sed muscarum instar in aëre fluitant. *Sed si attribueris*, (id est) prædicationem, vel attributum feceris in voce verbi indefiniti, liquefacies terram scripturæ, ut aperiat thesauros suos, & constanti historiâ Hexamerum spirituale producat.

Versus 8. *Complacentia fortuita verbi interni in contrarijs nobiscum est: exaltator noster est correspondentia Divinæ investigatio, per verbi lectionem indefinitam.* Nomen יהוה, ut alibì dictum est, dicitur ab הוה significante *complacentiam*, & *fortuitum accidens*, & יה *EST*, quod significat verbum interpretandi. Est enim ὁ λόγος ἐνδιάθετος, verbum internum complacentiæ fortuitæ, non quoad Deum, sed quoad hominem. Est enim hæc natura verbi personalis in Divinis, ut non per leges rationis alicujus limitetur: sed ipsa voluntas eius, est principium omnium legum. Quoniam omnia facit Deus secundum consilium voluntatis suæ, contra quam fit in creaturis, quorum ratio voluntatem dirigit. Et ipsum studium investigandi correspondentiam rerum per verbum indefinitum, est ratio elevandi intellectum ad scientiam rerum Divinarum. *Amor enim sapientiæ est custodia omnium legum*, ut ait *Sapiens*.

2. Tim. 2.9.
Eph. 1.11.

Versus 9. *Venite, & videte opera Domini, quæ posuit stupenda in terrâ.* (id est) scripturâ vulgari, vel in Ecclesiâ *Catholicâ*, quæ est terra spiritualis. Est enim ארץ per aliam etymologiam, אר רץ *Collectio omnium individuorum*, (id est) congregatio *Catholica*, cuius respectu insulæ significant eos, qui ab unitate continentis *Catholicæ* dividuntur; de quibus dicitur, quòd *gloria Dei sit in insulis*, &c.

Sap.6.21.

Versus 10. *Compescens bella ad finem terræ.* Quoniam lectio hæc verbi interni, primò aufert contentiones de fide, & pacem facit *Christianorum*: secundò, componit ea, quæ discordia videntur, in textu externo: tertiò, sine omni contradictione perseverat in seipsâ. *Arcum fregit*, קשת *arcus*, dicitur à קש significante *ratiocinationem*,

tionem, & argumentationem scholasticam, quæ ita disponitur, ut sententia, quæ concludenda est in contrarium, primò proponatur in formâ favoris, & defensionis rei reprobandæ, (sicut sagittæ retrahuntur primò à re, quæ intenditur feriri) & deindè mutatâ sententiâ, fortiùs adigitur in rem obiectam. Et חץ *sagitta,* significat *divisionem,* (id est) conclusionem contrariam, quæ dividit copulam alterius propositionis. Et vocatur sagitta חגיה *incurvationis, & reflexionis,* quoniam conclusiones scholasticæ, per incurvationem prioris apparentiæ, redeunt in contrarium. *Et rotas, vel revolutiones comburet igni.* Rota est ipsa dispositio argumenti, per propositionis signa universalia, & significat formam arcus in circulum adductam lentando, quæ per ignem lectionis tesseralis, dissolvitur in cineres literarum singularium.

Versus 11. *Vacate, & scitote, quòd ego sim Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terrâ.* Verba sunt τῷ λόγῳ ἐυδιαθέτῳ, *Christi* monentis omnes Theologos ut vacent ab alijs curis, & studijs ad sui contemplationem. Et hoc est quod sciendum proponit, quòd ipse *Christus,* quatenùs est filius hominis, (id est) *Protestans* in Ecclesiâ *Catholicorum* exaltabitur, & in ipsâ scripturâ universâ.

Hoc exemplum expositionis proposui, ut viam interpretandi per æquivocationem, delinearem. Quia secundum rationem hanc, antiqui *Iudæorum* Doctores, *Christi* venturi mysteria intellexerunt: undè verba illa Canticorum, *Botrus cypri dilectus meus mihi:* per divisionem primæ vocis, & homonymiâ secundæ, ita verterũt: *Vir omnia propitiās dilectus meus mihi.* איש כל כופר דודי לי, pro אשכל כפר דודי לי. Vt quicunque diligentiam adhibere voluerit, poterit eodem modo alia scripturæ loca interpretari.

Cantic. 1. 14.

Appendix ad primam tubam.

SCiat Lector quòd non à multo tempore, præparatum sit tubæ hujus præconium, sed tantùm superiori anno, per Spiritus S. illuminationem, intellexi tempus à Deo definitum, anno hoc 1633. quando thesauri sapientiæ Divinæ aperirentur, & nuntium *Christi* venientis emitteretur. Propterea tertia pars libri illius, non erat composita, quandò prima pars prælo subiecta est. Sed per successivas meditationes, inter imprimendum crevit, non sine maximo labore, & continuis vigilijs. Poterant enim & alia argumenta varia in eundem finem adduci, ex computatione temporum, secundum prophetias antegressas. Nam & postquàm liber ille excusus est, incidi in alias eiusdem generis demonstrationes, quas hîc subijcere placuit.

Hoc enim pro certo scias, quòd illis in locis, in quibus sermo habetur de adventu *Christi,* et fine temporum: sapientia Divina numeralem rationem, tanquàm commentarium apposuerit. Ita voces illæ toties à Prophetis commemoratæ. *IN DIE ILLO,* determinant hoc ipsum tempus, in quo sapientia verbi ἐυδιαθέτῳ, clarè proponitur. Quia יום ההוא. *Die illo,* continent in numeris 1632. Qui est terminus temporis, in quo virtus verbi Divini siluit: & principium revelationis futuræ.

Secundò, Prophetia illa 47. *Isaiæ,* ver. 8. *In tempore placito exaudivi te: & in die salutis auxiliatus sum tibi:* continent numeralem rationem temporis, in quo Deus exauditurus esset Ecclesiam *Protestantium,* & ex tenebris in lucem educturus. Nam עת רצון continent in numeris consonatum 1466. quæ est periodus absoluta Ecclesiæ *Catholicæ,* à primo anno apostasiæ ejus ad finem. Additis enim 53. annis præcedentibus æræ *Christi* veræ, incidunt in Annum Domini 1517. quandò vir Dei *Lutherus* cœpit primò contra indulgentias prædicare: sin verò incipias ab ærâ vulgari, desinunt in annum 1519. quandò perfectè nata est Ecclesia *Protestantium.*

Tertiò, altera pars, *In die salutis auxiliatus sum tibi,* denotat tempus in quo prædicare cœpi, Ecclesiam *Romanam* tanquam *Evam,* datam esse viro *Protestanti* in auxilium, כנגדו in formâ oppositionis. Vox enim ישועה *salutis* continet 1609. secundum computum Ecclesiæ *Anglicanæ,* quandò liber *Apparatus* mei condemnatus

natus est. Valet enim [illegible] 22. ש quinquies 300. [illegible] 11. [illegible] 71. et ה 5. Et post illum annum, data est Ecclesia *Protestantium* in fœdus *Catholicorum*, ut suscitet terram Ecclesiæ *Catholicæ* œcumenicæ, & inhabitet possessiones ἀπωλείας.

Quartò, Prophetia illa de modo *Christi* venturi, quod sit (ὡς κλέπτης) continet tempus revelationis *Christi*, in gloriâ sensibili iudicij generalis, anno 1646. Quia omnes anni ab anno 1638. usque ad 1651. in eundem annum, & diem incidant, ut in tubâ primâ ostendi, &c.

Appone ad interpretationes *Pentaglotti*, duarum vocum significationem; quæ illic omissæ sunt.

אן & אנה significant etiam *mentem*, & εὐδοκίαι *Boderiano*, & שׁלשׁ significat etiam *perfectum*.

LITERA N:



LITERA

א ALEPH.

אבב  RADIX hæc non est in vsu Hebræis.

Primò, אָבִיב, Chald. אַבִּיב & אֲבִיב & אבוב *spica maturescens*, vel *spicacum calamo, maturescentes*, vel *novæ fruges*: aut *tempus quo fruges maturescunt*:

In Aruch אִבִּיבוֹת sunt בכורות. Rabbinis אָבִיב est *ver.* אֲבִיבִי *vernus, vernalis.* נְקֻדָּה אֲבִיבִית *punctum vernale.*

Ex אָבִיב fit אב, Chald. אִבָּא, *fructum.* אִנְבִּין & אִבְּבִין & אִבִּין *poma convallium.*

Secundò אבוב vel אַבּוּבָא, Chald. & Syr. *fistula, ex novarum frugum calamo confecta*, καλαμίς, *cithara, instrumentum musicum.* אַנְבּוּב *fundibulum* significat, *cannam*, vel *canalem*.

Tertiò אַבּוּב vel אבוב, Rabb. & Talmud. *quicquid calami similitudine habet*, ut אַבּוּב רוֹעֶה, *calamus pastoris, virga pastoris.* אבובשֶׁל קְלָיוֹת או קְלָאִין *calamus tostionis*.

אבא Chald. אֲבָא *voluit*.

אבד Primò, *perijt*, *sublatus* vel *amotus fuit*. Item, *interfectus est*. In Piel אִבֵּד, Chald. אַבֵּד. In Hiphil הֶאֱבִיד, Chal. אוֹבֵד, vel etiã הובד præsertim in *Iob*, & *Psalterio*, Syr. אוֹבֵד *perdidit, amisit, sustulit, abstulit, abolevit*: de homine, *occidit, interfecit*.

Nomen אֲבֵדָה, Chaldaicè, אַבְדָא *res perdita, amissa, ablata.* אֲבַדּוֹן & אֲבַדָּן, item אַבְדוֹן & nun final. abjecto, אֲבֵדָה, Chald. אֲבַדָּן, Syria. אֲבָדָן, Rabb. אֲבֵידָה *rei perditio, amissio, mors.* Deinde אבדון *cacodæmonis nomen* Rabbinis est.

אבר Arabicè *seculum* significat. plur. אבאר *secula.* אבדא & אלאבר אלי *in seculum*, אבדי & מובד *invariabilis, æternus, continuus*, מְאַבֵּד *æternus*.

אבה, Chald. אֲבָא *voluit, cupijt, desideravit, propensus, persuasus, delectatus fuit*; *propenso animo fuit*.

Constructum cum ל significat, *assensit, consensit, acquievit, obtemperavit*.

Nomen. אֲבָה *voluntas, cupiditas, desiderium*.

אָב, Chald. & Syr. אַב, Arab. אב *eb, pater*:

Metaphoricè, אָב *pater*, dicitur, *antiquior, major, magister*, sive *præceptor, dominus, princeps, gubernator, patronus, nutricius, inventor, primus alicujus rei autor*, & *origo*.

Porrò Arabibus אב *ab*, significat *aliqua re præditum, aut excellentem*.

Syr. אֲבָהוּת. Arab. אבוה abavah, *paternitas cognatio, familia*.

אֶבְיוֹן *cupidus*. per metalepsin, *egenus, inops, valde pauper.* אֲבִיּוֹנָה *cupiditas, libido, venus.* Rabb. אֲבִיּוֹנוֹת *baccæ capparis.* אֲבוֹי idem quod אוֹי *papæ*.

אֲבוֹ Chald. *milvi species*. Apud Arabes verbum אבי significationem habet Hebraicæ contrarium, *noluit, renuit*.

אבח Duo significata habet. I. Hebr. *strepitus, susurrus*.

II. Arab. אבח *abach*, litera ח punctulo notata. In Hiphil אובח aubach, *arguit, conviciatus est, dehonestavit, probris affecit.* תובח taubach, *probrum*.

אבט אֲבַט *matula*. inde dicitur אַבְטָאוֹת בְּרֵיכוֹת *lacunæ*, quæ fiunt in domo balnei. Arab. אבט ibt, *axilla*.

אבך הִתְאַבֵּךְ *elevatus fuit*.

אבל Duo habet significata. Primò, propriè de hominibus dicitur אָבַל, Chald. אֲבַל. Syr. אבל *luxit* ob rei charæ amissionem, *doluit, tristis fuit*.

Nomina, Adject. אָבֵל, Chald. אָבֵל, Syr. אָבִיל. Fœm. אֲבֵלָה *lugens, tristis*. Subst. אֵבֶל, Chald. אֵבֶל. Fœm. אֲבֵלוּת *luctus, mæror, tristitia.* Talmud. אֲבִילָא &

& אֵבוּלָא *domus luctus:* Item, *Liber*, in quo de luctu tractatur. אֲבָל *at, attamē, sed, tantū, veruntamen, utiq; certò, profectò.* אוּבַל Dan. 1. pro יוּבַל, *flumē in regione* אוּלַי *Ulai.* אוּבְלָא דְקַצְרִין *vas fullonū.*

Arab. אבל ibil, *camelus duos habens gibbos.*

אבן אֶבֶן טוֹב, Chal. אֶבֶן *lapis, saxū.* *lapis bonus,* & אֶבֶן יְקָרָה *lapis preciosus.* אֶבֶן־חֵן *lapis gratiæ,* id est *gemma.*

Rabb. אֶבֶן שׁוֹאֶבֶת *lapis attrahens,* (ferrum scilicet) magnes, אֶבֶן הַתְּקוּמָה *lapis resurrectionis.* אֶבֶן הַמְּנַגֶּפֶת *lapis percussorius,* id est grando. אֶבֶן מִסְטָא *lapis positus.* אֶבֶן שָׁעוֹת אוֹ מַזָּלוֹת, Chald. אֶבֶן שַׁעֲיָא *lapis horarum.* אֶבֶן שְׁתִיָּא *lapis fundamenti, centrū.* אַבְנֵי בָּתֵף *lapides humeri.* אֶבֶן יַד, *qui una manu ferri nequeāt.*

אֹבֶן. Inde duale, אָבְנַיִם *instrumentum figuli,* super quo format testas: *sella parturientis* rotæ. אַבְנִית, *milvus.*

אבון Arab. id est, in quo aqua balnei decurrit, *fistula parva.*

אבס אָבוּס *saginatus, pinguefactus.* אֵבוּס *præsepe.* אֵבוּס *idem, saginarium.* מַאֲבוּסִים *granaria, horrea.*

אבק In Niphal נֶאֱבַק, *luctatus, colluctatus fuit.* אָבָק *pulvis complicatus, & cohærens,* אֲבָקָה *pulvis aromaticus.*

Rabb. אָבַק *ligavit, colligavit, complicavit.* נֵר הָאֲבוּקָה *cereus, funale.* אֶבֶק *ligamen, ligula.* הִתְאַבְּקוּת *lucta, luctatio.*

אבר אַבִּיר *fortis, robustus, validus, magnificus, excellens fortitudine.* אָבִיר *fortis.* אֵבֶר, Fœmin. אֶבְרָה, *pennas.* In Hiphil הֶאֱבִיר, & verbum Chald. in Piel אַבֵּר; & pass. אִתְאַבַּר *alatus fuit, alas expandit, & volavit.*

Talmud. אַבְרְנִי, *ales, avis.*

Rabb. אֵבֶר *membrum, pudendum.*

Arab. 1. אִבְרָה *ibra, acus, aculeus, ligula.* מְעַלֵּם אַלְאַבָּאר *faber acuum, ligularius.* אִבְרִי *ibri, aculeatus.*

2. אִבְרָה *ibra, acicula, aculeatus piscis.*

3. אברה *ambar, succinum.*

אבש Talmu. אוּבְשִׁין *sunt,* per metathesin, בְּאֻשִׁים *labruscæ.* אַבְשׁוּנָא *spicæ hordei recentes.*

אגג, Targ. אַגְנָא דְמַיָּא, *hydrias aquarū.*

Vnde Arab אגאגין hydriæ.

Talm. אַגָּא *barbarus.*

אוּגְיָה & אֲגָאָה & אִינִיאָה *interula.*

אגב Chald. & Talm. אַגַּב est אַל־גַּב *ad latus, juxtà, secundùm.*

אגד Tria significat. I. אֲגֻדָּה *collectio, colligatio, fascis, fasciculus in unum collectus & colligatus.*

II. Metaphoricè, *Congregatio, cœtus.*

Rabb. verbum אגד *collegit, colligavit.* אגוד יָרָק *fascis oleris.*

III. Rabb. אֵגֶד, Syr. אגד, fœm. אֲגֻדָּה *vestis.*

אגה Syr. אגה *pernoctavit.*

אג'א Talmudicum est, significans *agrum,* vel, ut quidam volunt, *sulcos.*

Arab. יאג *intrabit.*

אגז Hebr. אֱגוֹז *nux,* arbor et fructus. אֱגוֹזֵי הַבְּשָׂמִים *nuces odoratæ, unguentariæ.*

Arab. גוזה geuse, *nux, juglans; arbor,* גוז אטיב geus atib. *nux odorata, myristica.* גוזה *gurgulio.* מעגון אגוז maagun ageus, *nux muscata: electuarium de nucibus.*

אגל Duo significat. I. Rabb. אגל *gutta, stilla.*

II. Arab. אגל & לאגל *propter.* מן אגל *de.* אֶגֶל מְסַמִּי *terminus nominatus.*

אגם Quatuor significata habet. I. אֲגַם & אַגְמוֹן *palus paludis, stagnum, lacus, lacuna, piscina.* II. *juncus.* III. אַגְמוֹן *hamus.* IV. אָגְמַת *tristis fuit.* אַגְמַת נֶפֶשׁ *sollicitudo animæ.*

Rabb. אגמי & אגומין *vade, ambula.*

אגן hebr. אַגָּן, Chald. אגן, Syriac. אוגן & אגון, fæm. אַגָּנָה, *phiala, crater, schyphus, hydria, pelvis.*

אוגן *ansa, manubrium, ora vasculi.*

Syriac. אגונא, אֲגוּנָא, ἀγών, *certamen, studium, diligentia.*

אגס Rabb. אַגָּס & אגאיס. Arab. אנגסא *ingasa, pyrus & pyrum.*

אגף Hinc אֲגַפִּים, Chald. אַגְפִּין *turmæ equitum.* Arab. אגפה *scutum parvum.*

אגץ Arab. agaz *prunum.*

אגר Duo habet significata. I. אֲגַר Chal. אָגַר de proventu propriè dicitur, *traxit, attraxit, contraxit, congregavit, collegit, congessit, conquisivit, composuit.*

אִגְּרָה & אִגֶּרֶת & אַגֶּרֶת, Chald. אִגְּרָא *epistola.* אֲגוֹרָה est גֵּרָה *moneta, obulus.*

Chald. אַגַּר. Syr. אֶגַר. Arab. אגר *agar, tectum.*

אגור *ara idolorum.*

אֲגוֹרָא Rabb. *ædificium forte.*

אָגוּר *genus oleæ.*

אֲגַר *Lunaticus.*

II. Metaphoricè. Chald. אגר. אֲגַר. Syr. אגר. Arab. אגר *agar, cum aliquo contraxit, convenit, pactus est, mercede conduxit.*

Chald. אגיר. אֲגִיר Arab. אגיר *mercede conductus, mercenarius, servus, mancipium, miles.* Arab. אֲגִירָה *ancilla.*

אגר. אֲגַר. Arab. אגר. *fœm.* אגרה ugara, *merces, salarium, stipendium, præmium.*

Syr. תאגורא *merces.*

אנש Chald. אנש *pertinax, sive impudens fuit*. alia lectio, אַקְשִׁיתֶן *indurastis*.

ארה Thalm. אוֹכְּרָא, *penna, pluma, lana*: quicquid pulvinar implet.

אַדְרָא duo ossa in collo piscis.

אדב *doluit*. Arab. ארב adab, *docuit, erudivit, informavit, castigavit, flagellavit, corripuit*.

מודב muedib, *doctor, ludimagister, pedagogus, nauclerus*.

ארב edeb, & ודב vedeb, & באריב bedib, *disciplina, doctrina, exercitium, urbanitas, correptio, plaga*.

בלא מודב bile mueddeb, *indisciplinatus, inurbanus*.

אריב adib, *eruditus, doctus sapiens*.

אדה Duo significata habet. I. Chald. אוריתא, vel איריתא *arvum*. אַדְוָתָא *fluctus, undæ maris*.

II. Arab. ארה *molestavit*.

ארי & תארי *molestiá, nocumentum*.

ארא & אר *ecce*.

אדך Talm אַדַּךְ, idem quod דָּעַךְ *extinxit*. אַדְּכֵי *duæ lineæ ædificij*, vel *duo muri*. Rabb. אַדְּכֵי, עד, adhuc.

אדל Talm. אדילי רימא, *Leviathan*.

Arab. אדול *libidines*.

אדם Duo significata habet. I. אָדַם *rubuit, ruffus fuit*.

מַאְדִּים *Mars*.

Nom. אדם *ruffus, rubedo*.

אַדְמוֹנִי *rubicundus*.

אֲדַמְדָּם *valdè ruffus*.

Rabb. אַדַמְדְּמָנִי *pulvis ex fungis rubeis factus ad necandas muscas*. אַדְמִימוּת *rubedo*. אַדּוֹמָה *cholera, rubra bilis*. אדם *sardius*.

II. אֲדָמָה, Chald. אַדְמָא *humus, terra quæ colitur*. אָדָם *homo*.

Rabb. אדם *piscis albus*, altero potissimùm, quo captus fuerit, die rubescens. אודים *semen fœminæ rubrum*.

Arab. אדמי adami *humanus*. אדים idim, *pulmentum, ferculum, edulium*; item, *pellis*.

אדן Quatuor significata habet. I. אֶדֶן *basis*, aut *columna, spira quæ scapo subjicitur*. II. אָדוֹן *dominus*.

III. Arab. אדן adan *permisit, concessit*.

IV. Talm. אַדְנֵי הַשָּׂדֶה *homines agrestes*, juxta aliquos, *bestia homini similis, cercopithecus*, aut *simia*. אוֹדְנָא *balneum, thermæ*. אוֹדַנְיָא *tabernaculum, tentorium*.

אדק Rabb. אָדַק, Chald. אֲדַק, est דָּבַק *hæsit, adhæsit, associatus sive conjunctus fuit*.

Rabb. אדוק בְּמִצְוֹת *adhærens præceptis, occupatus in præceptis*.

Talm. אַדְקָא *clepsidra, harpagium*.

אדר Tria significata habet. I. אָדַר *robustus, amplus, fortis, magnificus fuit*.

אַדִּיר *amplus, ingens, præstans, insignis, grandis, excellens, sublimis, potens*. Rabb. אַדִּיר, unum ex Dei nominibus sive attributis.

אֶדֶר & אַדֶּרֶת duo significat. Primò, *magnificentia, magnitudo, robur, potentia*. Secundò, *vestis ampla, magnifica & gravis, pallium*.

אֲדָר *Adar*, duodecimus Hebræorum mensis, Februario nostro respondens.

II. Chald. אִדַּר *horreum*. אִדְרוֹן *penetrale, cubiculum*. אַדְרָא *cedri species*, & arbor ferens lanam. אַדְרָא *velum navis*. אדריא & אַדַּר *pellis, uter utris*.

III. Arab. אדרה odra *hernia ex venis tumescentibus*. אדר adar *ramex*.

אדש idem quod דוש *trituravit*.

Syr. אַדְשָׁא *fructus*.

אהה & per aphæresin, הָהּ *heu*.

אֱהִי idem quod אַיֵּה *ubi*.

אהב & אָהַב contrarium est verbo שָׂנֵא, *amavit, dilexit, charum habuit*. אהב *amans, amicus*. אֹהַב & אֲהָב.

אהל Quatuor habet significata. I. אֹהֶל *tentorium, tabernaculum, tabernaculum ambulatorium, domus vaga*. אהל *idem*. אָהַל *tetendit, expandit, fixit tentorium, habitavit*.

II. Plural. אֲהָלִים, fœmin. אֲהָלוֹת *aroma*, quod Arabes vocant צנדל *Sandal*.

Talm. אהליי *qui aloë vendunt*.

III. אַהֲלָא Chald. *sapo*.

IV. אהל duo significata habet. 1. אהלה aheli *familia, congregatio, cœtus, incolæ, gens*. אַהְלִי ahli, & מן אהל *familiaris, domesticus*. אַהַל אַלְכִּתַאב *societas libri*. item אהל *aliquis*. 2. אהל *dignus, idoneus fuit*. באהל biahel *dignè*.

אהן Rabb. אָהֵן *species herbæ acerbæ*. אֲהִינֵי & אֲהִינָא *fructus palmæ immaturus*: & in genere, *fructus immaturus*.

אהר Talm. אַהֲרִי *canistrum*, vel *spina magna quâ pisces capiuntur, nassa*. אהורירי *stabularius*.

Arab. אהרא *horreum*.

או Arab. או *au. aut, sive*.

Syr. או *vocandi*.

אוב Duo significata habet. I. אוֹב *ob, python, magus*. II. אבות *utres, lagenæ*.

אוג Talm. אוג & אג *arbor* כטיוה אלסומק *Rhus coriaria*.

אוד Quatuor significata habet. I. אודות, *principia, causa, occasiones*.

II. Hebr. & Chald. אוּד *torris, titio, fustis*,

stis, lignum ardens.

III. אד vapor, nebula, nubes; ἀτμίς. איד calamitatem, tristem rerum statum, tempus malum et calamitosum, infortunium, perniciem, interitum.

IV. Talm. איד festum Idololatrarum.

אוה Quattuor significata habet. I. Piel. אִוָּה cupijt, desideravit, concupivit, affectavit, optavit. אוה & תַּאֲוָה cupiditas, concupiscentia, desiderium. מַאֲוַיִּים desideria.

Syr. מִתְאוֹא benevolus. אוי concors. אויות consensus.

Rabb. הַנֶּפֶשׁ הַתַּאֲוָנִית anima appetitiva.

II. Niphal נָאוָה, & frequentius א quiescente, נָאוָה desiderabilis, pulcher, decorus conveniens fuit, decuit. תַּאֲוָה decus.

III. תַּאֲוָה terminus.

IV. Arab. אות & אוא divertit, hospitio usus fuit, mansit, habitavit. איואן prætorium.

אוז Rabb. אַוָּז. Arab. אוז anser.

אוח אֹחִים reperitur semel.

Arab. אחוין achven draco.

אוי אוֹי & cum ה paragogico אוֹיָה, va.

אול Duo significat. I. אֱוִיל stultus. אִוֶּלֶת stultitia. איל fortitudo.

II. Chald. אֱוִיל & אֱוָל initium, principium.

Arab. אול avil initium, principium, primitiæ. אל אוילי al avili hora tertia. אולא avle initio, priùs. אוילי avili primus. אוילן avilan principalis. תאויל interpretatio.

און Duo significat. I. אָוֶן doluit, mæstus fuit, indignatus est, ægrè tulit, cum dolore gemuit. Arab. אנן anan gemuit. אנין anin gemitus. אָוֶן dolor, mæsticia, luctus, robur & vim: robur violentum, violentia, rapina: activè, injuria, & injustitia, quæ dolore afficit: injuria alijs per vim illata, iniquitas, perversitas, miseria, afflictio, molestia, arumna. תְּאֻנִים dolores.

אוֹן opulentia, divitiæ.

II. Chald. & Syr. אָוֶן locus publicus.

Syr. אָוֶן vah, obsecro.

Arab איואן prætorium. אואן tempus.

אוס אוס Talm. radix olivarum.

אוץ Duo significata habet. I. אוץ angustus fuit, arctatus vel coactus fuit.

II. אָץ festinavit. אָצָא damnum.

Arabicè איצא etiam.

אוק Rabb אוקיא. Arab. אוק uncia.

אור Duo significata habet. I. אוֹר & אור luxit, illuxit, lucidus fuit. אוֹר fœm. אוֹרָה lux, lumen, splendor, claritas. אוֹר luminare, corpus lucidum. אור lux matutina, diluculum, manè. אור pluvia. אור פָּנִים lux faciei, hilaritas, gravitas, favor, gratia.

מָאוֹר luminare, luminis receptaculum, corpus lumine refertum sive lucidum.

מְאוּרָה foramen, per quod lux illabitur in locum aliquem.

אורות eruca.

II. אוּם 1. ignis, focus. Inde אוּרִים וְתֻמִּים urim & thummim, luces & rectitudines in pectorali. 2. אור vallis, & urbs in valle sita.

אֻרוֹת & אֻרְיוֹת, Chald. אוּרְיָא præsepia.

Talm. אויר aër lucidus.

אוריא occidens. Persicum.

אוש Rabb. אוש sonuit, resonuit. אוש sonus vocis, rugitus.

אִישׁ vir.

אִשׁ pro יֵשׁ ens, existens.

Rabb. איש individuum, איש נִפְרָד idem. אִישִׁים individua. אִישִׁי singularis, proprius.

Fœm: אשה, Chald. אִתְּתָא, & אִנְתְּתָא, & אִתְּתָא, & אִנְתּוּ, & אִנְתוּ, Syr: אַנְתְּתָא, Arab: אנתי unthe vira, femina, mulier. אִשׁוּת quod Chald: & Rabb: significat talpam.

אִישׁוֹן pupilla oculi.

אות Inde אוֹת, Chald: אָת signum nudum. Syr: fœmin: אָתָא. Rabb: אותות meteora. Et ספר אותות liber meteoroum. אוֹת litera.

אזב אֵזוֹב esob, parietaria seu ruta muraria; seu adiantum, capillus Veneris.

Talm: אִזוֹבְיוֹן hyssopus.

אזד Chald: אֲזַד, abijt, exijt, prodijt.

אזה Hebr: אָזָה, Chald: אֲזָא & אזי succendit, accendit, arsit, ussit, adussit.

אָז, אֱזַי, Chald: בֵּאדַיִן, אֱדַיִן, Syr: הָידֵין & הָידֵךְ, Arab: אד ad, & אדן adan tunc, eo tempore.

Arab: אדא quando, ubi.

אזל אֲזַל, Chald: אֲזַל, Syr: אזל, ambulavit, abijt, recessit, profectus est, iter fecit. אֲזַל abitio, profectio, iter.

Talm: אזלין retia ex filis contexa. אֱזוּל glomus fili crassioris neti.

אזל azal Arab: est, paulum cessavit, defecit, desijt, evanuit, perijt. אזלה azle cessatio.

יזול yzul, & תאזול tizul continuus, æternus. אזלי azli durabilis, expers principij & finis, antiquus, æternus.

אזן Inde Piel אזן Hiphil הֶאֱזִין audivit, auscultavit, attendit, aurem advertit, inclinavit, accommodavit, auribus percepit, ponderavit, unum cum altero contulit.

אֹזֶן, אוזן, Arab: אדן aden, ἀκοὴ auris. מֹאזְנַיִם,

מֹאזְנַיִם, Chald: מֹאזְנִין & מֹאזְנַיָּא, Syr: מֹאזַנְיָא מַאסְנָא, Arab: מוזאן *muasin*, & מיזאן *misin*, & מִיזַאן *libra, bilanx*. Rabb: *libra Zodiaci*.

Arab: וזן vazan *pondus*. אלוזן idem. וזנה vazna *libella* vel *selibra*. תואזן *ponderatus fuit*.

אזר Piel אִזֵּר. Hiphil הֶאֱזִיר *cinxit, accinxit, cinctus, accinctus est vel fuit*.

אֵזוֹר *cingulum*.

Arab: איזר *linteum, sindon*. אזיר uzajar *linteolum*.

Rabb: אֵזוֹר *cingulum primi mobilis, Zodiacus*.

אחא Arab: אחוב uchub *stupa lini*.

אחד אָחַד *unitus, conjunctus, copulatus fuit*. Hithpael הִתְאַחֵד *univit se, unicus, solitarius fuit*.

אֶחָד, in pausa אֶחָד, & אַחַת, per aphæresin, חַד. Chald: חַד, Arab: אחד *ahad*, & חאד *unus*.

Rabb: אֶחָד וְאֶחָד *unusquisque, quilibet, singuli*. אַחְדוּת *unitas*. הִתְאַחְדוּת *unio, unitio*.

Chald: לַחֲדָא, Arab: עלי חדא & חדא *ad unum, unicè, singulariter, valdè*. לְחוֹד & בִּלְחוֹד, Syr: לְחוּדָאִית *tantùm*. *seorsim, per se*. חַדָּאִית *singulariter, numero singulari*.

מִחֲדָא *illico, statim*. חַד חַד *quilibet*. חַד חַד עִם *invicem*.

